


20694



Congrega
factory Studiorum

2. 11.

Tab. 10 N. 260.

OVIS PERDITA
OCTIDVI LABORE
In Deserto
Q V Æ S I T A

Seu
Spiritū remissi per Exercitia Octiduana
RECOLLECTIO
Auctore quodam è Soc: IESU Sacerdote.

GRACOVIAE
TYPIS SCHEDELIANIS,
Anno Domini 1701.

Congreg. Pratorum Studiorum.
Tabula 19. num. 6.

20694

20694



**Per illustri & Reverendissimo Domino
D. ANDREÆ ANTONIO**
In PODOLINO
P O D O L S K I
SCHOLASTICO GNESNENSI
ARCHIDIACONO ET OFFICIALE GENERALE
P R E M I S L I E N S I
SCRPUSIENSIS ECCLSIARUM
ADMINISTRATORI,
P R A E P O S I T O L A N C V I E N S I &c.
Domino & Patrono Manificentissimo.

Vi minimè ambiunt,
audari meretur ante omnes.
Trahit post se admirationem,
qui refugit maximè; omniūq; oculos irri-
tat, ipse larendi amor. Ita spectatur
sol avidius, inter eclipses depugnans cū
tenebris; admiratorem non habet in me-
ridie. Fugat noctem pretioso igne ada-
mas, & diem facit clarior in obscuro.

(I)

Famem

Famem sui accendunt gemmæ, quò profundius latent concharum inclusæ sinu. Effodi labore multo, & velut coactum ire debet in lucem aurum; atq; hinc pretium, & estimatio metallo crevit.

Idem planè ingenium Tibi est PERIL-LUSTRIS REVERENDISSIME DOMI-
NE. Unicus hic Tuus labor est, natas in
exemplum virtutes, occulere. & post-
quam jam luxisti satis Poloni Orbis
commodo, placidâ quâdam nocte condi.
Non Regum atria pulsas, ut à sereni-
tate mendices lucem, Te ipso abunde
clarus. Non prensas manus Principū,
ut accollant; nativo sa:is sublimis fasti-
gio. Aulas, hoc est theatra illa æmula
ambitionis declinas; & quantumvis stu-
diosè in vitaris à multis, ut semel à Te
imperres, eundi in conspectum Principis
facultatem, indulgere Tibi nullatenus
vult, obsfirmatus ad latendum animus,
suo prælustris & conspicuus. Et pri-
ma hæc, ipsis aspectabilis umbris, late-
bra

bra Tua est, post illam lucem, quam ter
S amplius Iudex Regni Deputatus,
tandemqz, supremus Areopagi Fræses, Po-
loniae accenderas. Ut digito monstrare
solem, inconsultum, sic diem illis affun-
dere, quæ ibi pro Majestate Regalis Ju-
sticie ad prodigium egeris, foret teme-
rarium. Linguis omnium & admirati-
on, Tuum illud Tribunal colitur hu-
c usqz, neqz aliter suavi recordatione ado-
ratur ab omnibus, quam Iustitiae Tem-
plum, Innocentiae Asylum, sospitatrix
calamitosorū Ara, anteactæ etatis glo-
ria, Invidia posteriorū, omnium votū.
Unus adhuc ex illis beatis terræ Prin-
cipibus es, qui sibi edificant solitudines;
sacra eremus, domestica tibi est; amplos
Penates, Aseesis Diva perambulat. Sci-
licet Divini istius otii Magistrum ac Dis-
cem Sanctum P A T R I A R C H A M no-
strum IGNATIUM veneratus, quo can-
nis Te populo, tantumqz, non terris eri-
pis, ut liberius Deo, Tibiqz vaces. Pro-

dis vero e sanctioribus illis latebris,
non aliter quam sol ad spargenda per
Orbem beneficia; ut ereptum tantisper
mundo, caelo remeasse, usibus mortali-
um redditum palam sit. Nitorem Te-
pli, auro & argento illustras Tuo: Di-
vorum Aras atollis pretio; adornas di-
rice paratu altaria; firmas liberalitate
laborantes annis sacros parietes. pista-
te quotidie consecras: accendis ipse met-
verbo, exemplo foves, creditas vigi-
lantiae Tuæ animas: & omnia hæc, In-
fularum loco, Tuam coronant moderas-
tionem. Hoc demum singulare, Tuumq[ue]
est, tantis virtusibus eminere supra
populum, non Mitrâ, non Tiara. Ve-
nerari placet silentio (ne diutius eru-
bescas, magis ad nudam virtutum nar-
rationem, quam ad encomia) ut fame-
scat, duodenario Apostolorum nu-
mero consecratam, singulis mensibus sa-
ginas egestatem; infirmitatem dejecto-
rum & valetudine, manu, & consi-
lio.

lio attollis humaniter, omnibusq; ceu
Numen presens ades. Nec nostri tantū
modo orbis hominibus prodesse studes:
piacularibus se flammis purgantes Ani-
mas, quō studio, quō conatu, quam li-
beralibus impensis juvare non definis! scī-
mus novimusq; magis, quam ut sy'o
possit explicari. Ut Tu preclara Tua
fileas beneficia, loquitur Munificentiam
Tuam, fusum nuperrimè ad Divorum
cultum, Campanum es, grave pretio,
mole ingens, neq; tam suo illoq; svari
vocale sono, quam Tuā celebre & clarū
liberalitate. Hæc documenta sunt, quod
in sacra Ascesi annua, loquaris Deo inti-
mè, tanquam Divis permistus agas,
eterna præ oculis habeas strenuus omni-
um, quæ sunt mundi, coniemptor. O-
mnia hæc quam procul ab absentatione,
illiusq; necessitate, tam ex conscientiæ
imperio, dicta noveris. Quod vero
altitudinem Tuæ Domus, permistam
Divorum sanguini, in Martyre Avo,

Satri

Sacri Prædicatorum Ordinis; Familia
Vetus statem Infulis Præsumum & Can-
cellarij Avunculi Ceris Illustrissimam;
Parentis Legionarii fato immortalem,
Patrui Reverendissimi septies ad Tri-
bunal Regni Iudicis Deputati, gloria re-
vererrimam; Germanorum dignitatibus
& consiliorum felicitate clarissimam;
Silentio adoraverim, non Oratoriā
facultatem, sed Tuā (qua cunctis al-
tiis assurgis) incusa modestiam, & la-
tendi voluptatem. Nam & hæc Tu-
orum decora, occulta esse velles, nisi
se proderent luce sua. Accipe proin-
de, illo quo Divina soles animo, libel-
lum hunc mole parvum, Nominē &
Favore Tuo maximum, Societatem ve-
rō nostrā, quam cumulare beneficiis,
primum tibi votum est, eā qua soles,
sove benevolenia. Hoc precatur:

Nomini Honoriq; Tuo
devotissimus.
Auctoř ē S. I.

APPROBATIO

Recollectiones, *Ovem Perditam*, in
deserto inter illustrationes Spiritus
Sancti, qui populum fidelem per de-
sertum in Columna nubis lucidae
duxit, octiduano labore quarentes:
siquidem ad lucem limati judicii
sunt antehac examinatae, dignas lu-
ce publicâ censeo. In quorum fi-
dem, Datum Premisiæ Anno Do-
mini, Millesimo Septingentesimo.
Die verò secundâ Mensis Decembris.

Ioannes Casimirus Bryskowiski
P. I. D. Canonicus Pre-
misiensis, Iudex Surroga-
tus. mpp.

TOBI

TOBIAS IASŁOWSKI.

*Præpositus Provincialis Societatis IESV
per Poloniam.*

CVm octo dierum Collectiones,
à quodam Nostræ Societatis Sacer-
dote conscriptas, aliquot ejusdem
Societatis Sacerdotes recognove-
rint; potestate mihi factâ ab A. R.
Patre Nostro Thyrso Gonzalez præ-
fatæ Societatis Præposito Generali,
facultatem concedo, ut typis man-
dentur; si iis, ad quos pertinet, ita
videbitur. Cuius rei gratiâ hæs Li-
teras manu mea firmatas, sigilloq;
munitas, dedi Cracoviæ 3. Ianuarij.
A. D. 1701.

mp.

IAOT

DIES



1

DIES PRIMA MEDITATIO I.

De creatione hominis.

Praludium I. Cogita DEVM esse velut pelagus ex quo, creature omnes, ortum sumunt, non secus, ac ex mari flumina & rivuli.

Praludium II. Pete gratiam, ut dignè DEO, & fructuosè, concipias gratiam creationis tuz, gratusq; DEO existas.

P V N C T V M I.

V E R I T A S.

DEVS sibi soli sufficiens, ac se ipso beatus, non necessitate aliquâ, sed sola bonitate suâ motus, omnia, unâ tecum produxit. Eduxit gema pretiosiorem, quæ existit, sed nō vivit; plâta nobiliorem, quæ vivit, sed non sentit; leone excellentiorem, qui sentit, sed, non ratiocinatur: Angelis inferior diceris: sed paulò minus; utpote cui Divina Bonitas rationem impressit. velut parvus mundus, magnum hunc mundum, te, tanquam compendio complectaris, habes enim existere cum sole & gemmis, vivere cum plantis, sentire cum leonibus, intelligere cum Angelis.

A

FRP-

FRVCTVS.

1. Bonitate, non necessitate, produceris à DEO hinc infer, motivum operationum tuarum, debere esse solam Bonitatem DEI depuratam à tua necessitate. Ama DEVM & aestima, non quod illo indiges, sed quia Bonitas ejus amari, dignitas estimari, proprietatem exigit, siccine in amando, & serviendo, DEO, te hactenus gessisti? ut te sic geras, propone.

2. Opus DEI es; in hoc gloriate. Non facias DEVM, Apelle infeliciorem, à quo nonnulli pictos se esse gloriabantur. Opus DEI es, & in planta, & in fructu, itaq; quodcunq; boni feceris, dixeris, cogitaveris, DEO tanquam ab ipso acceptum refer. Si talentis radulas & hosce radios, non ab alio sole, præterquam à solo DEO profectos esse, gaude, si dexteritate agendi, utilim te sentis & putahos fructus, eorumq; ramos, sive agendi honeste vires, in DEO tanquam vite radicari. Ab hac vite, si te palmiteni, peccatum, aut jaçtantia præcidat, non fructificas, sed combustioni ignis aeterni præpararis.

3. Mundum, re, velut compendio complexus est DEVIS, non ut mundanus, DEOq; exosus sis, sed, ut omnes ejus perfectiones naturales continens, tu unus, totius mundi, precipue irrationalium creaturarum, in amando DEO, atq; serviendo, vices geras. Mun-

di perfectiones in te contines? age, ne extra
te evageris, & ea, quæ imperfæta sunt mun-
di, sensuum aucupio quæras.

4. Angelis, paulò minor evadis? vide, ne
malo rationis usu, infra hominē te deprimas,
belluisq; similis efficiaris. At, fortè, quem-
DEVS sic extulit, ut, vix non æquaret An-
gelis, peccatum comparavit jumentis insipi-
entibus; si ita est, deplora statum tuum, &
corrige,

P V N C T V M II. VERITAS.

DEVS produxit hominem quò ad corpus,
ex limo terræ, quò, ad animum ex nihilo,
seu, puro non esse.

F R V C T V S.

1. lacta nobile genus; En tuos avos æ-
ravosq; limum terræ, & nihil; gloriare in-
illis; si merentur gloriam.

2. Prætendis talenta, ingenium, vires, for-
mam, ex illisq; tanquam tuis bonis, laudem
captas, ac æstimari cupis; quām immetitò!
tam pulchri fructus pullulare non poterant,
ex radice tam vili, uti est lutum & nihil.
DEI, hæc talenta sunt, tibi, ad lucrum spiri-
tuale concredita. Cave, terræ tuæ, illa con-
fodias, illis, velut tuis, gloriam vanam lucra-
do; secus, rationem DEO redditurus de lu-
cro, non modò non facto, sed unà cum talentis
perditio,

Diei Prima

4. **Principia, ex quibus ortum ducis, sunt lutum & nihil.** En, hic agnosce, te independenter à tuo Artifice, nihil facere posse. argilla, nisi manum artificis sentiat, nullam in se formam recipit. Nihil, sicut non est, sic, nec operativum esse potest. Gratulare tibi, in omnibus, hanc à DEO dependentiam. Et, si per impossibile posses à te ipso dependere, protestare, quòd, etiam tunc velles magis dependere à DEO, quam te ipso. Quo DEVS nobilior est creaturis, ac te, eò præstantior est ab illo dependentia; imò, & tibi fructuosior: quam hic, non potest intēdere, nisi ad tuum bonum. Ama ergo DEO subjici, nihilq; tibi tribue; quod non ipsi tanquam causa principali, magis debeas; sed & time, ne DEVM, a quo etiam in peccando, tanquam a causa per accidens dependes, servire facias in peccatis tuis, tecumq; concurre cogas ad sui offensam vulnusq; cordi tuo Di ino, infligenduni.

4. Ex nihilo fecit DEVS nobile opus suum, quia hominem, consta igitur tibi, & retine, quod accepisti. Ad nihilum, a quo recessisti, creatione tui, non redibis, utpote qui animam, æternū duraturam habes. At pejus nihilum est, illud scilicet, juxta Augustinum, nihilum, quod sine DEO volente approbativè, factum est peccatum. Ah quoties ad hoc infelix nihil, redimus homines ! Ex quo

Meditatio I.

5

ut extrahamur majore DEI beneficio, quam
sit creationis, opus est, redemptione scilicet,
quæ sine enormi DEI injuria exerceri non
potuit.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

Arbor mala non facit bonas fructus, sic
nec spina botros uavarum dulcium, nec ur-
tica deformis rosas gratas producit.

F R V C T V S.

Radix, in qua fundatur hominis esse ac op-
rari, est lutum & nihil: ergo si infirmaris, si
ignobilis lates, si aliquando physicè erras,
quid affligeris? infirmum es lutum, & calcá-
ri tibi convenit, non eminere, itaq; si sper-
neris, gratum habe. Error similesq; imper-
fectiones physicæ non te affligant, tuo nihilo
debentur.

2. Duplici constas principio: corpore,
quod formatum ex luto, & anima immor-
tali, intellectuali, sed creata ex nihilo. Hinc
perpende, quantum tibi periculi à corpore,
quod, quia de terra crevit, ad terram te sen-
sumq; tuum deprimit, sed aude, & corpus
sursum erige, illudq; ad gloriæ & hon. Ita
excita, quod, animæ tuæ ad immortalitatem
& cælestem gloriam factæ, est adunatum.
sed & animam superbire volentem ad insa
deprime, facta illi de hoc recordatione; quod

6

Diei Prima

in materia non cælesti, sed lutea habitat; certè, nihil ex quo est, despectio debetur maxima, non gloria.

3. Fuge occasionses malorum, tēq; ipsum semper time; quas nisi fugeris, & fugiens à DEO adjut⁹ fueris, in peccata gravissima rues; cætera omnia bona, si non nisi a DEO principaliter fiunt, à te, si tibi reslinqueris, non fiunt, nisi pessima, cùm de te ad virtutem sis nihil. Prorumpe in affectum & dic: confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam tu formasti me, & posuisti super me manum tuam, adhæreat lingua faucibus meis, si non meminero tui, si oblitus fuero tui, obli- vioni detur dextera mea.

MEDITATIO II.

*De modo servato in Creatione ho-
minis.*

Praelud: eadem quæ priùs

P V N C T V M I. V E R I T A S.

DEVS, quasi præmisso consilio fecit hominem, ut patet ex modo loquendi dum ait: faciamus hominem; cùm illo non indigerit tamen ita loqui visus, acsi indigeret, dum dixit: faciamus nobis hominem.

FRV-

F R V C T V S.

1. Vide, quanti D E V S hominem faciat: Opus hoc nobile, non Angelis formandum committit: suam manum admoveat, hominemq; effingit, dum loquitur: faciamus hominem: Tu vide, quanti D E V M feceris, omnianē, quæ in honorem D E I facis, per tuas manus facis, dūm potes? Te ipsum impēde labori, nec officium tuum per alios gere.

2. Deliberare D E V S videtur, dum fabri-
ce hominis se accingit, modumq; ac ideam
in mente sua primi hujus sui operis concipi-
t. Tu Divinum Opus, quanta deliberati-
one aggrederis? quo consilio, illi inchoando,
ac perficiendo insistis? quā advertentia illud
prosequeris? expende tuas orationes, Sa-
cramentorum usum, Spiritualia exercitia, imo
& Scholastica, quæ ad D E V M dirigi debabant.
Et vide, quomodo in his attento, diligens, de-
liberans fueris? cura, salutis opera, matura
deliberatione, ac diligētia prosequi, a quorum
minimo, æternitatis pender lucrum.

3. Certum est, D E V M nullatenus ad suam felicitatem & bona intrinseca, hominem
indiguisse, & tamen, quasi indigus illius di-
cit: Faciamus nobis hominem. Tibi, for-
tè diversa agendi ac opinandi consuetu-
dos, cùm tibi insufficiens sis, ac per te, vix ali-
qua agere possis, fortè eō jactantia de-
venisti, ut dicere audeas, nullo indigeo, per me

ipsum facere possum omnia! mihi, non aliis,
ea, quæ habeo, bona debeo. Incipe de te
sentire minus & concipe gratitudinem erga
eos, qui ad tuam temporalem felicitatem,
req; excolendum concurrunt, agnosce, quod
eorum quoq; adjutorio, ea, quæ in te sunt,
bona habes.

4. Modus inter homines loquendi fert,
ut ille, qui ad alterius felicitatem concurrit;
dicat: feci eum hominem. Hæc est consue-
tudo bonitatis DEI, ut vilissimos quoq; sicut
sunt homines, magnificet, attollat, suis gra-
tiis ornet &c. Agnosce, quomodo lutum
quoq; tuum magnificavit, quantis gratiis ex-
tulit? talentis ornavit? &c. tu, an hunc Bo-
nitatis Divinæ modum tenes? forte non? Ma-
gnos re ipsa homines, forte tua depretiatione,
ac vilipensione fecisti minores. Ex homine,
non hominem facis, si imprudentem, si non
sapientem bene, aliquem enuntias: Et tamē
vitio linguae, ob consuetudinem detrahendi,
speciale præparatum esse purgatorium cogno-
vit ex DEO Sancta Magdalena de Pazzis,
prout connotavit in certo suo manuscripto.

P V N C T V M II. V E R I T A S.

Creavit DEVS hominem ad imaginem
& similitudinem suam. Sicut enim una
est Divina substantia tribus subsistentiis ter-
mi-

Meditatio II.

D

minata Patris, Filii & Spiritus S. ita animus
humanus in se unicus, tres in se continet po-
tentias, quomodo cunctq; tandem haec distingua-
tur, memorativam, intellectivam & voliti-
vam.

F R V C T V S.

1. Vides quantum DEVS extulerit in cre-
atione hominem, ut luto huic animato, vi-
vano sui imaginem impresterit. Imago DEI
es, cave, ne te per vitia, bestiarum imaginem faci-
as, quam Ioannes in fronte aliquorum, pro-
ut habet Apocalypsis, vidit. Superbis? ima-
go pavonis es; irascis? leonis imaginem
refers; murmuras? dum in cōmoda sentis, dum
puniris, ursum in te exprimis, ad vexationes
& incommoda murmurantem. Vide, quām
dedecet Religiosum, Trinitatis effigiem deter-
rere, & bestiarum imaginem referre, & hoc
est; quod Propheta in omnibus ratione præ-
ditis, crisi iusta affecit, dum protulit: Ho-
mo cūm in honore esset, non intellexit: com-
paratus est jumentis insipientibus.

2. Nobile opus DEI homo, quia viva e-
jus imago: & hinc est, cur S. Pater à nobis
exigit, ut in omnibus agnoscamus DEVIM,
in quibus, tanquam in imagine sua viva re-
sideret, faciasne sic? et si in singulis velut in
imagine DEVIM agnoscis, quomodo hanc
imaginem DEI honoras & aestimas, audi
Augusti: cuius dicentis licet non haec Verba,

at sensus eorum est. Non dicas : parum feci, hominem læsi, dishonoravi, vilipendi : læsisti, dishonorasti, vilipendi hominem, non parvam sed magnam rem fecisti, is enim dishonoratus, Iesus est, qui imaginem DEI portat.

3. DEVS hominem ad imaginem & similitudinem suam fecit creatione, tibi reliquit, ut imaginem hanc perficias imitatione, virtutumq; Divinarum expressione. Similia quippe vobat Philosophus ea, quorum qualitas una, competitne hoc tibi respectu DEI ? tua benignitas, misericordia, amor erga alios, alienorum defectuum tolerantia, ceteraq; virtutes correspondentne benignitati, amori, misericordiae, sustinentiae DEI, aliisq; Divinis proprietatibus?

4. Quam pulchre DEVS imaginatus sit hominem, agnosce ex tam nobili opere, quatis est homo, moribus, vita, ratione, gratia (quæ pulchritudo animæ est) æternitate preditus. Tu imaginando non formas sorte, sed de formas reliquos; tristes, sinistras, & frequenter malitiosas de illis concipiendo imaginationes, quibus in eorum depretiationem, odio concitaris ? melior sis in posterum Apelles, feliciusq; apud Te ceterorum indolem ac animum depinge.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

Scriptura dicit, quòd corpori hominis efforsmato, halitu oris sui, spiritum, seu vitam inspiraverit D E V S; verba textūs sunt: In spiravit in faciem hominis spiraculum vītæ.

F R V C T V S.

1. En vita hominis, Spiritus D E I, sine hoc, putasné quòd vivis? Respondebo cum Ioanne audacter, quia cadaver es; nec Filium D E I te nomina, si hoc Spiritu non spiras, nam juxta Apostolum: qui Spiritu D E I aguntur, ii sunt filii D E I.

2. Audi Paulum: ubi Spiritus, ibi libertas. Ita est, Spiritu D E I pleni, non necessitate aguntur, sed libertate; necessitari ad virtutem non debes; et si respectibus humanis duceris, si his permotus, dicis, quòd nolens volens multa agere debebas, quæ tamen agere non deberes, aut deberes, sed liberè: Spiritu D E I destitutus es.

3. Vis conservare vitam, conserva Spiritum; proinde interfice carnem, ferro mortificationis strenuè adhibito, nam ex oraculo D E I dicentis: ubi caro regnat, ibi D E I non permanet Spiritus; tantum tibi de Spiritu pollicere, quantum de mortificatione habebis; quomodo haec tenus carnem tuam, sensusq; illi inhærentes mortificaveris? vide,

&c. ut

& ut Spiritum augeas, augere mortificationem propone. Ex his excita te in affectum, & dic: O amor incomparabilis Benevolentiae Divinæ, coné me exulisti, ut ad similitudinem DEI, factus sim, quò ad anim n? Quia verò corpore assimilari DEO, qui Spiritus est, non poteram, quid non agis o Bonitas? Filium DEI, formâ servi, hoc est carnis meæ, induis, eumq; mihi etiam quoad corpus, facis similem, quid est homo, quia sic memor es ejus? & filius hominis, quoniam sic eum visitat Filius DEI? Quid retribuam Domino, pro his, quæ retribuit mihi? in bonis meis non invenio. Dominus ergo retribuat pro me, Domine, misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne despicias, quæ sic aestimasti, nec minus nos tibi, quam Te nobis, factus homo, assimilasti.

D I E I P R I M Æ Hora Considerationis, P R O P O S I T I O.

ANIMA Religiosi divino cultui dedicata trāsit in Dominum DEI. Vnde arguitur ei Dignitas, & obligatio.

1. DEO te per vota Religiosa addixisti, itaq; de Dominio DEI es, non solum illo necessario ac indispensabili, cum teliquis Creaturis tibi communi, infundato, rationi Englis creati, à quo, utpote torso ab alio, sicut extra-

extrahi nunquam potes, ita nec aliquando depurari à ratione servitutis, Dominio DEI correspondere debentis: Verū huic Titulo, aliam rationem Specialis Dominii, quod in Te DEVS habet, accumulari video, quod liberum vocare possem, quia à Tua libertate, quā Te liberè, in servorum DEI numero, per vota Religionis posuisti, ortum ducens; ex suppositione tamen, & ipsum necessarium ac indispensabile nominandum; nam ab illo, facta semel tui DEO oblatione, eāq; perpetuā, nusquam & nunquam te licetē retrahere potes; statu illo libertatis, in quo eras, ante vota religiosa, in statum necessitatis, aliquo modo commutato. Quid enim est se per vota, religiosum DEI q; specialem servum profiteri: quām illud dicere. Renuntio omni iuri, quod possem supra me, corpus, animum, libertatisq; usum habere. Sacrifico me, & immolo DEO in holocaustum perfectissimum, meq; omni eo, quo valeo posse, in cultum honoremq; DEI destruo. DEI me manibus ac dispositioni totum trado, eō, quo ipsi libuerit, eā quā eidem placuerit, viā, per totum vitæ meæ cursum deducendum. Si ita est? quām clarè liqueret, ab eo tempore, quo per Vota Religiosa in servorum DEI numerum transcriptus es, nullatenus sub iure tuo, totum sub iure ac Dominio DEI esse, esse te illam hæreditatem possessionemq; DEI, quam cum DEO nemo

aut

aut dividit, aut dividere potest. Tu forte id primus facere ausus te tuis gestibus accōmodando, atq; hac ratione, ex perfecto DEI Dominio extrahendo. Vide, & inconstantiam tuam deplora.

2. DEI hæreditas ac Dominium es Religiose! O quanta Tua inde eluet dignitas! An ignoras, quòd rerum excellentia major vel minor defumitur ex Ordine, quem, illæ dicūt remotiorem ac vicinorem ad DEVUM? Tené aliquid DEO vicinus? in quo velut hæreditate sua, ac possessione sibi strictè obligata, DEVUS residet, de illaq; plenissimo jure, se solum concernente, disponit, DEVUM quippe habitare in omnibus Creaturis non diffiteor. Residet in sole & astris, ut eorum lumen ac radius; in rosa liliové, ut florum pulchritudo & eloquentia; in Magistratu, ut judex, æquè merita præmians, ac vindicans demerita. In te manet modo longè strictiore; manet siquidem, ut Rex summusq; Princeps in sua Regia, Principatu, ac fundo, sibi per omnia appropriato. O si Cælum, reliquo orbi, proportione remotissima, eaq; nobilissima antecellit, eð, quòd DEI Arx iedeq;, in qua per gloriam, ac proinde specialiter residet; Tu an merito non dicēris tantùm distare excellentiā à reliquis, per Religiosa Vota DEO non consecratis, quanta distantia est cælum. Inter ac terram, qui DEI Arx, Possessioq; es,

jure

jure magis speciali ac proprio DEO debita, imò te magis proprium ac singulare DEL Augustale esse, quām ipsum sit Cælum, hinc evinco: Cælum, locum illum beatum inter se suosq; Sanctos partitur DEVVS, nec suum tantum sed Divorum quoq; illud esse voluit receptaculum: In te, solus residere ambit, nec Socium Regni, hac in Regia solioq; admittit. Cælestē Regnum, si etiam, Divorum Patria dici potest; tua felicitas gloriaq; sublimior: nam meritò, ita DEL proprium te gloriari potes, ut extra illum, nemo alter in te, jussi sibi aut vñdicet, aut vendicare debeat. Quare pro te sibi unicè retinendo, non minore, quin omnino majore zelo se opponit DEVVS, quām aliquando se opposuerit pro Terra illa promissionis, solis Israëlitis cōseruanda, cujus, ne unum quidem cubitum, à cōterminis Principibus possideri est passus. Tu tamen vide; an utra funiculum hæreditatis pretiosa: quām DEVVS in te sibi dimensus est, aliquando non processeris, ac creaturas in possessionem tui cum enor̄mi Divini juris læsione non admiseris? Emenda, si quid emendandum hic iudicas.

3. Magna dignitas hominis ad cultum DEL consecrati, quod sit de Dominio DEL, at non minor obligatio. Ex hoc titulo, ne minimum quidem tui, Religiose, dare potes creaturis, cùm penes te, nulla jam sit potestas

ne de minimo quidem affectu tuo, pro arbitrio disponendi, non fructuum solum, sed etiam foliorum Arboris, negatur illi dispositio, ad quem nullo jure spectat Arbor. Affectiones operationesq; tuæ majoris considerationis, si quidam fructus sunt, illæ quæ in minorem considerationem veniunt, ad folia referuntur: cùm ergo sis Arbor, ita ex tuo jure totaliter exempta, ac in jus Divinum omnimode transcripta, sequitur tibi licitum non esse, Creaturis ne minima quidem Cordis propensione, gratiâ ipsarum, inhærere, aut illarum suavitate, sensus tuos etiam levissimè demulcere, in partes sensualitatis transversando. Holocaustum DEI es, igne Amoris Divini perfectissimè decoctum, ergo nihil debet esse in te potentiae, quâ aliquid in Te, de te agere pro tuo placito, contra beneplacitum Divinum possis. Latare de hoc non possem super totum esse meum extensum! quam dulce est mihi meminisse, meum jus in me qualemque olim præhabitum, a tuo jure nunc esse totaliter absorptum! nollem de minimo Capillo meo disponere, etiamsi totius mundi premium, honores, favoresq; illo mihi parari deberent: O nimis cara, pretiosa, hæc de me disponendi impotētia! quæ relinquit DEO supra me jus omnimodum, ab omni alio creato jure depuratum, & posse perfectissimum, uten-

utendi toto esse meo ad placitum suum. Gaudeo insuper, me ita me ipso destitutum privatumq; esse, ut nihil habeam, quod DEO jam donare possim. Nam haec Anima quam spiro juxta Cyprianum non mea est, sed DEI depositum, manibus ac custodiæ meæ concretum, nec mihi alia incumbit cura, quam illud solicite asservandi, DEOq; fideliter reddendi. Ita est, mi DEVS; nihil mei, in me est: totus sum tuus. Ergo in me, velut in possessionem proprietatemq; tuam exerce omne beneplacitum tuum, sine omni respectu ad placitum meum: meum est acceptare quidquid de me, velut re tibi strictissime obligata disposueris, & in hoc omnem ponere curam, ut tua Bona in me, sine respectu ad me, conservem. Pænitet aliquando in hoc errasse, si quis haec tenus in hoc puncto error fuit, fac & fave ut infelici illo errore sapiam melius, in futurum.

MEDITATIO III.

De Fine hominis.

Præludia eadem.

P V N C T V M I.

V E R I T A S.

Creatus est homo ad hunc finem, ut Dominum DEVUM suum laudet, ac reveratur, eiq; serviens, tandem salvus fiat.

F R V C T V S.

1. Persuade tibi, velim, non solum doctrinam aut speculationem asceticam esse, sed fidei veritatem; D E V M, sicut est origo & principium rerum omnium, ita earum omnium esse finem ultimum. Omnia quippe quæ D E V S operatur ad extra, propter se ipsum operatur. Audi eum apud Isaiam loquentem: propter me faciam, ut non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. hinc conclude, si ad D E V M, & te, & usum Creaturarum, ultimò non refers, erras non quomodocunq; sed contra fidei veritatem, blasphemariq; apud te Nomen D E I facis. Tam enormia scelera non horres? time, teq; ac tua, in D E V M dirige.

2. Multum obligaris DEO, quod sit Principium à quo accipis esse tuum non qualcunq;, sed tam nobile, ut corpus s. sensibus praeditum, vocet Seneca: s. miracula parvi mundi; Animam verò, in qua unica, tres potentiae radicantur, s. August: appellat vivam Trinitatis expressionem, sed multò magis existima, eidem DEO, te obligari, quod voluerit esse finis tuus ultimus. Opes, deliciae, honores, cæteraque mundi bona, quæ finem habent; animæ immortalis & æternæ, finis esse nequeunt. hæc: homo si pro fine haberet, deberet semper in terra vitam ducere, nec aliam vitam desiderare aut exspectare. Fine enim

enim ultimo obtento, quælibet res possidet bonum suum maximum, cui majus aut melius succedere non potest. Ast hic semper non vivimus, & quoⁿq; habito bono, majus desideramus, nec unquam quiescitur, donec in DEO, sistatur. Finis ergo ad quem es homo, est ipie DEVS æternus. Tunc ad illum semper collimas? an potius mundi hujus vana bona, pro meta habes? vide, ne sis inter eos, quorum fatuitatem deplorat Psaltes: O filii hominum usquequo gravi corde, utquid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Et Ieremias: Cur foditis vobis cisternas, quæ non valent continere aquas, & fontem aquarum viventium deseritis?

3. De fide est, te à DEO esse, debereq; in DEVM tenderes hinc infer, nihil in te esse, quod non sit DEI; si aliquid gloriæ DEI subtrahis, injurius DEO existis, injuria, tum ex parte principii, tum ex parte finis ultimi procedente. Cur ex parte principii, quæris? ostendo: Plantator vineæ jus acquirit in omnia bona vineæ, ædificator domus, plenum habet dominium in eam, quam fecit domum; Tu, cùm totus & ex toto opus DEI sis, imbibitam tuæ essentiæ servitutem respectu DEI tanquam Principii, habes. Ex parte quoq; finis ultimi, te DEO injurium esse, si totus omnibus actionibus in illum non tendis, hinc agnosce: DEO illiusq; glo-

riæ creatura rationalis debet sua opera toties, quoties DEVS juri suo ad ea non cedit, jusq; hoc suum in alium non transscribit. Atqui transscribere sicut Divinitatem suam in alium non potest, ita nec rationem finis ultimi, quod est prædicatum convertibile cum DEO, non minus quam illud immi omnium reū Principii : Ille enim qui dicitur prim⁹ sive Principium, se nominat novissimum, sive finem ultimum; audi ipsum apud Isaiam: Ego primus ego ipse, ego novissimus. Quantum & quoties hac in parte injurias DEO fueris expende.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

Homo, pro fine, D E V M haber, ideoq; felicissimus; sed infelicissimus, si hoc fine excidit.

F R V C T V S.

1. A fine, rerum excellentiæ; quò enim finis rei nobilior, eò res illa, cæteris quæ ad finem talem non ordinantur, æstimabiliōr. Tu, cui æstimatione o homo non accedis? si tibi pro fine ad quem tendere debes, datur laus DEI, cognitio, amor DEI, ejusq; posseſſio? Angelis, felicitate & æstimabilitate par es, siquidem ad eundem finem cum illis ordinaris. Imò nec ipse DEVS nobiliorem te, finem habet. Ejus enim tota felicitas,

vide-

videre se, amare ac possidere. Par DEO quo ad hoc, dici posses, nisi quod ille per essentiam ac identitatem, finem suum, hoc est, se habet, tu per gratiam, visionem, amorem à te distinctum. Quantum vilis es, si te ab hoc fini, à quo totum desumis premium deordines.

2. Si te DEVS hoc solo fine crearet, ut ipsi servires, amares illum, an non satis felix beatusq; fores? potestne quidquam felicius agi, quam DEVM amare eiq; servire? Hoc ipso obligatus es, ad hæc promptè exhibenda, tum quia DEVS ob infinitam suam excellentiam dignus est omni obsequio Creaturæ rationalis, tum quia in Creatura rationali, datur inevitabile debitum DEo serviendi, eum honorandi, gloriam ejus majorem quærendi; quantum ergo crescit in te obligatio faciendi id totum, cum excessivus amor DEI erga te, velit, ut non tantum illi servias, eum ames, & laudes, sed ut illum quoq; possideas, ejusq; bonis æternum fruaris? Age, nullius curam magis habe, quam hujus finis. Dic cum S. Francisco Salustio: si mihi constaret, minimam intellect' mei cogitationem aut cordis affectum, vel manus operationem, aliò, præterquam in DEVM tendere; desiderarem, nec manum, nec cor, nec mentem habere. Tu an intellectu, corde, manu, cæteroq; corpore dignus sis? ex modo, quo hæc

respectu D E I se habent, conclude.

3. Non solum felix es si finem tuum attingis, sed beatissimus; omnium enim bonorum aggregatione in DEO æternum frueris. At si illo excidis, nihil te infelicius. Nec enim tantum privaris bono maximo, sed ingravia eaq; æterna mala positivè incidis; aut fruiturus es DEO usq; ad delicias cordis tui, aut arsurus perpetuò in inferno usq; ad cruciatus indicibiles corporis animiq; tui. Vtrumq; hoc extremum, à tuo libero arbitrio, quod lubricum est multisq; dæmonum fraudibus obnoxium, dependet. Vide, quanta tibi cautelâ, labore ac tui victoriâ, sit opus. Si Duces ac Reges, nulli labori parcunt, aguntq; cautissimè, ut Regnum temporale pro quo contra hostes decertant, aut asiequantur, aut habitum jam, non perdant: Tibi, pro Regni æterni Bonorumq; DEI consecutione, ne æternum sis infelix, adversus dæmonum tuæq; carnis fraudes, quâ diligentia? solertia, tui victoriâ configendum?

P V N C T V M III. V E R I T A S.

Homo si à fine aberrat, monstrum est, monstrum enim dices solem, qui non calefaceret, togam, quæ non operiret, sed detergeret nuditatem. Insuper talis homo, est quid in mundo intolerabile nec vitâ dignum.

F R V-

FRUCTVS.

1. Omnia correspondent fini suo & horrent monstrum esse à fine aberrando. Fecit DEVS Solem ut luceat, & lucet; Stellas ut in sublunaria influant & influunt; plantas ut certis anni partibus, jam flores producant, jam fructus pariant, & exequuntur: fecit hominem, ut D^eO serviat, eum amet, ac laudet, & fini suo satis non faciet, monstrumq; esse volet? velint alii, at non tu: times & horres monstra? time ne à toto orbe velut monstrum gravissimum timearis.

2. Cornutus aut biceps, inter homines cōparere nolles, ne monstruosus videreris, demersq; tibi cornua aut caput alterum protinus, si id tuae potestati esset relictum. A fine aberrasti, monstrum in oculis DEI Beatorūq; majus es, quam esset cornutus aut biceps homo; in tua potestate est cùm DEI auxilio, quod p̄stò habes, grandem hanc monstrositatem à te removere, & negligis? aude quā primum id facere, imagineinq; D E I, non. spectrum infernale tuo animo refer.

3. Inutilem dices navim, quæ te mari portare non posset, sed mergeret; cōtemneres panem, qui non sedaret famē, sed excitaret; quia hoc modo nō solū fini nō satisfaceret, sed ageret contra finē. Tu, si nō solū legnis es, in finis tui cōsecutione, sed etiā contra finē agis, non D E V M, sed te in omnib^z quærendo, amā-

do, laudando, vide, quò dignus sis? dignus es à DEO, Angelis, bonisq; omnibus abjici, contemni, de hoc mundo tolli, & velut arbor infructuosa, ne frustra terram occupet, succidi. Ne hoc fiat, time, unico fini tuo attende, idq; responde, quod aliquando Vr-sino Cardinali noster Bellarminus, quæsitus: an ipsum negotium quoddam molestissimum non premeret? Respondit: me nihil premit, nisi unicum negotium salutis æternæ.

Dic cum affectu: O Domine pro tot bonis, Teq; ipso, quo æternum sum fruiturus in Cælo, non plus exigis à me, quam ut animem Te, serviam Tibi, laudem Te, & quidem per brevem cursum vitæ meæ? si exigeres, ut ad mundi finem Tibi servirem, nullo etiam præmio exhibito, an non æquum esset, ut id Creatura Creatori suo præstaret? nunc ubi breve tempus, & tam longa æter-nitas, tam exilis labor, & tam ingens proponitur præmium, quomodo possum cunctari, & tuæ voluntati resistere? o Domine deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui, doce me facere voluntatem tuam, quia DEVS meus es Tu.

DIES SECUNDA MEDITATIO I.

De Medijs ad Finem.

Prælud: eadem.

PVN-

P V N C T V M I.

V E R I T A S.

Sicut hominem propter se, ita cætera omnia propter hominem tanquam finem immediatorem, (nam etiam horum DEVS est ultimus finis) fecit DEVS ut illis homo utatur recte ad consecutionem sui finis.

F R V C T V S.

I. Ut DEO servias, eumque ames, cognoscere illum immo debes, nihil enim volitum nisi immo sit cognitum. En liber, ex quo Bonitatem, Dignitatem, Majestatem DEI discis, Creaturæ. Audi Basilium: vniuersa hæc mundi moles, est quasi liber exaratus, palam contestans & deprædicans gloriam DEI, illiusque Augustissimam Majestatem; vide quomodo ex hoc libro seu consideratione Creaturarum, in aestimatione ac amore DEI profeceris; fortè ex illis indoctioribus es, qui dum elegantem Scripturæ figuram inspiciunt, ad sensum sub illa contentorum intelligentiam non pertingunt. Ne canis sit te sagacior! qui vestigiorum odoratu, prædam optatam assequitur. Ex creaturis, earum Creatorem investiga: nec quiesce, donec DEVUM, optatam animæ tuæ prædam assequaris. Multa ex Creaturis oblectare te possunt, non tamen satiare; in DEVUM tende, ex quo satiari potes, ut satiatus est ille, qui dixit: Satiabor

cum apparuerit Gloria Tua. Esthere non sis imperfectior, quæ inter delicias Asyri fuit, & tamen ad DEVM ait: Domine tu scis, quod nunquam latata sum ancilla Tua, ex quo hic translata sum in præsentem diem, nisi in Te Domine DEVS meus.

2. Habes non solum mundi bona, sed mun-
dum bonorum à DEO, quorum alia te or-
nant, alia sanant, nonnulla recreant, pascunt
aliqua usq; ad delicias, omnia tamen quasi
juncta manu ducunt in amorem Creatoris, ut
redames sic te amantem, quia sic in Te be-
neficium D E V M. At amasne! gratumq;
tantæ manificentiae te exhibes? Vide, ne sis
ex numero illorum animalium ingratorum,
quæ dum glandes sub queru colligunt, plan-
tam beneficam nec respiciunt.

3. Creaturæ, si liber à Basilio dicuntur,
ab aliis pictura, in qua earum Creator reluc-
ter, nominantur. Age, sic in creaturarum
usu animum tuum depinge, ut primo à Ca-
pite seu DEO velut sine, propter quem cæ-
teris uti debes, incipias: Insipientem illum
pictorem non imitare, qui picturæ principi-
um à pedibus faciebat, unde siebat sapè, ut
in tabula sua, pro capite pingendo locum
non inveniret: feliciter pinges, si in tabella cor-
dis tui, Caput omnium hoc est DEVM imo-
ponas, cui cætera veluti membra accommo-
dabis. Sic demum Symmetricam picturam,

&

& æternitatis beatæ Oculo dignam facies.

4. Nihil ex Creaturis eit, quod tibi, inserviendo fini tuo, non satisfaciat. An tibi Sol non luceat? an terra non fructificat, aut ær respirationi tuæ non subservit? omnia ad votum habes, tu unus ratione & libertate prædictus a fine tuo deviabis, nec D E O dignè servies? Cave id omittas, nisi magnæ ingratitudinis reus, ordinisq; totius evertior, acres pænas luere sis paratus.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

NVllum bonum est, nisi quod ad summum Bonum conducit, nullū malum nisi quod a summo Bono retrahit, S. Basilius.

F R V C T V S.

I. Christus dicit: nemo bonus, nisi solus DEVS. Igitur reliqua in tantum sunt bona, in quantum ad D E I consecutionem conducent. Hinc disce bona vitæ hujus, quantumq; sint proficia vel delectabilia, amari non debere, nisi prout tibi subserviunt ad finis ultimi scilicet D E I aselevationem. Igitur ubi saluti non deserviunt, nec quæri, nec appeti debent; qui contra facit, rerum ordinem pervertit, imò, universo violentiam infert, non secus, ac ille, qui clave vellet scindere panem, cultrō portam aperire; cùm casmen & clavis ad portam aperiendam, non ad

ad panis scissionem; & culter ad panem scindendum, non portæ apertione, sint instituta. Tu quoties ordinem hunc universi perturbasti; creaturas, non ad finem ultimum dirigendo, verum in illis tanquam bono ultimo subsistendo? confundere, & si quid emendandum est, corrigere.

2. Creaturæ in tantum sunt bona, in quantum serviunt, ad DEI affectionem. Ergo si quis illis utatur ita, ut per usum earum creaturam DEI faciat, non possunt esse, nisi pessimæ omniumq; gravissimorum malorum causa; bella, lites, anxieties, peccata omnia, cæteraq; sive culpæ, sive pænae mala, sub quibus mundus gemit, ex malo usu creaturarum orta: non bellaretur, nisi Regna eorumq; bona, aut eriperentur avidè, aut appeterentur inordinate. Carentia boni opinative debiti, non sic animum torqueret, si illius concupiscentia deesset. Infirmitates non tot experiremus, si dapes nostras, non gustu sed temperata necessitate metiri seiremus; clauderetur infernus, si clausa foret amori nostro ad creaturas janua. Tu male Tibi esse non vis? bene utere creaturis, & fiet, quod optas.

3. Non uti creaturis pro consequendo fine, malum est; malum fuit aurum Mydæ, quo uti ad vitæ conservationem non potuit; nec utiles Tantalo fontes, quos siti edemandæ haurire non licuit. At longe pejus,

si quis eis utatur ita, ut sine suo excidat. Quām malē agi circa illum diceres, qui à Rege opibus auctus, nobilitate ornatus, ensem acciperet, quo tam pro Regis quām sua gloria decertaret; ille contra in perniciem Optimi Principis, infelix ferrum stringeret? quas putas pēnas, à Principe lēso ingratius ille exspectaret? Tu, hujus ingrati personam gessisti. Creaturas, gloriæ DEI instrumenta, vertisti sēpius in Regis æterni injuriam: O quantūm lues, nisi propositum mutas.

4. Non omnes nec semper juvant omnia. Job si nunquam dives, nunquam misericordiæ opibus auctus; si nunquam pauper, nunquam patientiæ Coronâ insignitus. S. P. Ignatius, si sanus, non tantus ut eum veneramur & miramur Sanctus. Xaverius, si debilis, non Indianum Apostolus. Augustinus, si ingenio mediocris? non ita in Cælo & Ecclesia glriosus. Paulo simpliciori si eruditioñē auges, gloriam, quam habet in Cælo, adimas est neceſſe; hinc disce quām verum sit Sancti Patris dictum: Divitias & paupertatem, vires bonas ac debilitatem, non minora esse bona respectivè ad personas, quas in finis consecutione juvant. Tu, tam adversa quām prospera, æquali animo à DEO accepta. Non vicinior ex angulo minus nobili, ubi te ponet obedientia, quām ex celebra-

lebrata cathedra, ad Cælum via: nec citius
pervenitur ad DEVM, cùm excurritur per
urbes & compita prædicando, quām dum s
jacetur in lecto, patiendo. Vident DEVM
non solum perspicaciores in Theologicis So
aresii, sed etiam Aloysii, Stanislai, quibus
Suaresios eruditione & quare non est conce
sum.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

HÆc est in nobis voluntas Filii DEI, ut
namemus te DEVS propter Te & nos nō
nisi in Te; hoc est finis noster, hoc consum
matio. D. Bernardus.

F R V C T V S.

Cateræ creaturæ, tanquam media pro ac
quisitione DEI, si desint; tu ipse tibi medi
um es, DEO acquirendo sufficiens. Si tamen
corpus quām animum tuum expendis: utrūq;
te dicit in possessionem & amorem DEI.
Oculus, si pulchro delectatur, DEO quid
pulchrius? huic pulchritudini oculos da, dicq;
cum Augustino: Serò te amavi Pulchritudo
tamen nova tamen antiqua, serò te amavi! O
doratum, si odor recreat? DEO quid redon
let gratius? de quo dictum: trahe nos post
Te, in odorem unguentorum tuorum curre
mus. Gustum si sapor & dulcedo contem
nat, DEO quid dulcius? de quo habetur:

Gu-

Gustate & videte quām suavis est Dominus. Auditus si concentum querit, nulla vox, Divinā suavior; vocem ejus dulcem vocat, deponsa illi anima. Intellectus inquirit verum? D E V S est Veritas prima & summa. Voluntas appetit bonum? in D E O honorum aggregatio. O homo hīc siste, cur frustra per bona participata vagaris? unum hoc essentiale Bonum Tibi necessarium. Prorumpet cum Augustino in affectum & dic: Fecisti nos Domine ad Te, & quomodo inquietum est cor nostrum in nobis, donec requiescat in Te.

MEDITATIO II.

De Fine Hominis Religiosi.

Præl: 1. Imaginare Christum palam vocantem ad se & vitæ suæ imitationem Apostolos, cæterosq; Discipulos; invisibiliter autem te innumeratosq;, quibus illud, quod olim Abrahamo, dicit: ambula coram me & es tu perfectus.

Præl: 2. Pete gratiā ut possis cognoscere finem vocationis tuæ, dicq; illud Pauli: Domine quid me vis facere.

PUNCTVM I.

VERITAS.

Finis Religiosi est, tendere ad perfectiōnem; quod, si quis negligat, in statu pec-

cati mortalitatis & periculo damnationis æternæ versatur. Siquidem talis, vocationi & statui suo non satisfacit. Et sicut quis in Religione existens tenetur sub mortali esse Religiosus, ita tenetur, & ad perfectionem tendere, cum status Religiosus sit tendentia seu via ad perfectionem, ita S. Thomas.

FRUCTVS.

I. Perfectum illud est, cui nihil ad suum esse finemq; propter quem est, requisitum deficit. Perfectum dicimus calatum, cui nihil deest ab bene scribendum; dominus perfecta vocatur, quæ habet ea omnia, quæ ad rationem commodæ habitationis desiderantur. Et hominem perfectum illum cogita, qui est instrutus sufficienter iis omnibus, quæ faciunt ad finem ipsius, scilicet ad possidendum DEVUM, eoq; fruendum æternaliter. Tendere autem ad perfectionem, aliud non est, quam approximari huic bono, ratione cuius datur possessio DEI ejusq; fruitio. sicut tendere vg. Cracoviam, est approximari semper magis magisq; Cracoviæ. Tu vide an in dies ad perfectionem tendas? si perfectus adhuc non es; ludicia DEI non ita expavesce; tuus ad hoc status te non obligat. At eadem iudicia time, si ad perfectionem semper magis ac magis non collimas. Status enim tui obligationem in re gravi transgrederis. Et tamen si conscientiam consulis,

Meditatio II.

33

lis, fortè removeri te ab hoc perfectionis termino quām ad illum accedere cognosces ! Itanē f. rventer oras ut ante ? tām exacte & depurata intentione studies ut ante ? vide, & corrigenda emenda, ne gratia vocationis tibi transeat in sententiam reprobationis.

2. Perfectam vis habere vestem, habitationem, mensam; & ipse perfectus esse non curas ? si ea imperfecta sunt, DEI displicentiam per hoc non incurris ; si perfectus esse, aut tendere ad hoc ut perfectus fias, non vis ? DEO displices, tuq; animæ noxes graviter. Igitur si ad usum tibi data, non patenis imperfecta, nec te imperfectum patiare.

3. Interrogatus quo tendas quotidie ? respondes : tendere te ad æternitatem. At felicemne an illam sanguineis lacrymis deplorandam ? tendis ad felicem, ac beatam, si tendis ad perfectionem ; ab hac si recedis quotidie, recedis à fine tuo, accedisq; ad æternitatem miserabilem,

4. Odisti Hypocritæ Nomen ? nec cogitari talis velles, nèdum dici ? At cur rem non odisti ? re ipsa hypocrita es, nisi te ad perfectionem in dies promoves. Externè siquidem obtendis Religiositatis perfectionisq; curam, quæ tamen à corde tuo longè exulat, si studium proficiendi in Spiritu, perficiendiq; te, non habes.

C

PVN.

P V N C T V M II.
V E R I T A S.

Religioso præsertim Societatis IESV, pro fine incumbit cura imitandi Christum, juxta illud Pauli in Societatem IESV vocati: vivo ego jam non ego, vivit verò in me Christus.

F R V C T V S.

1. Recepta paræmia est: Amicus alter ego. Christus quos ad se vocat, pro amicis habet juxta illud: Iam non dicam vos servos sed amicos. De te potestne Christus dicere? Amicus alter ego; ut dicere possit, cum in omnibus imitare, iis autem maximè virtutibus, ad quas ex votis obligaris. Confer tuam paupertatem, castitatem, obedientiam, zelum, cum paupertate, castitate, obedientia, zeloq; Domini IESV, ac expende; possitne Christus de te, tuq; de Christo vicissim dicere: Amicus alter ego.

2. Amicorum, idem de rebus sensus ac animus. Tua de rebus existimatio & ad illas affectio, estne ea, quæ fuit in Christo? erit, si sperni appetis, fugis honorari; si cōmoda aversaris, delectaris incommodis, si æquè vitas otium ac aspiras ad laborem, si in carne hominis non ut homo, sed ut Angelus habitas, in rebus maximè arduis obdis. Talis Christi & sensus & affectus fuit;

tu

tu eum imitare, si à IESV vocari cupis le-
sulta

3. Totus, in hoc, mundus est, ut suos i-
mitetur principes. Quanti eis hæc imita-
tio constet, illos consule qui ut suis Princi-
pibus similes fierent, aliqui oculo, aliqui pe-
di, spontaneum vulnus intulerunt. Tu, qui
vocatione & statu imitator IESV diceris,
eum non aliter, nisi cum magno animæ tuæ
lucro imitaris, & tamen, in hanc IESV imi-
tationem quām segniter incumbis! Confund-
ere & pensa, quomodo tibi in judicio ti-
mendum erit, ubi tua humilitas, patientia,
puritas, obedientia, Christi humilitati patien-
tiæ mansuetudinæ, puritati obedientiæ veni-
et comparanda &c. Cogita, quām difformè,
Cruce Christi humilis, mortificati, stipendia,
æternitati mereri, & tamen vanam laudem,
commoda, delicias querere, & cupere æsti-
mari.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

SEriò & constanter ad studia animum appli-
care deliberent, cavendumq; sibi putent;
ne fervore studiorum intepescat solidarum
virtutum & Religiosæ vitæ amor. Ex Reg,
Scholast.

F R V C T V S.

4. In Societate IESV, DEI gloriæ mili-

tas; arma itaq; præstò habere debes, quibus mundum DEO subjicias. Hæc autem, in virtutum ac literarum acquisitione consistunt. Nisi te his, modò instruis, procedis in aciem illi similis, qui sine ferro & commeatu bellum attentat vincendus potius, quam victoriā reportaturus. Tam nobilis finis, (ut est, Gloriarum DEI orbem subjugare) quam fortiter incitare te deberet ad studium virtutis ac literarum! Virtus arma nostra solidat, ingenium acuit. S. Pater, ex orbe triumphatus delegit Socios, tam Theologas Doctores, quam in Virtute Magistros.

2. Nubes evanida, nec pluvia terram irrigat, nec fulmine terret, sed à vento undiq; circumfertur & dissipatur. Vis in Societate utilis esse, animosq; hominum, tum Spirituali tum Scholastica eruditione copiose irrigare; de virtutum ac Sapientiae fonte, aquas ipse liberalius hauri. Alias virtutibus ac intelligentia vacuus, vanitatis vento dissipaberis. En, timor ne vocatione excidas, invitat te ad studium virtutis pariter ac literarum.

3. Magni defectus, quin peccata committi solent in conscientiis resolvendis, Sacramentis conferendis, dandis salubribus consiliis, ob defectum debitæ eruditionis & scientiæ. Vide, quantorum peccatorum tanquam in causa committendorum, reus eris, si studium ad quod applicaris, intermitabis. Ne reatum

tum hunc committas, fini tuo satisfac & o-
mni conatu stude.

4. Si amans Societatis es, affligeris ani-
mo, dum illam in virtute ac doctrina censu-
rari audis. Age, ac materiam detrahendi
Societati, in te non præbe. Audiet indocta,
ubi tu in Scientiis ignorare aliquid aut erra-
re advertebis. Proclamabitur minus virtu-
osa, dum tua imperfæctio & non bene do-
minæ passiones, in oculos externorum prodi-
bunt. Amor Societatis ejusq; honoris, non
te ad studium & virtutem stimulant? Excita
te in affectum & dic: Didici mi I E S V
ex Patre meo, tuo servo Ignatio: qui pro-
delle nequit nisi sibi ipsi, Socius tuus esse
non potest. Quantò magis vocari non de-
bet Socius IESV, qui nec sibi prodest! & ta-
lis est, quæm virtus & scientia non juvant;
puero similis, qui à Pædagogo duci potius
debet, non alias ducere. Nè talis sim, à
Scientia lumen, à virtute vires, lubens mu-
tuos; ut & me & alias in via salutis bene di-
rigam, vivere nolo nisi virtuosus & doctus.
Tu, virtutis & sapientiæ Author, da ut alle-
quar quod cupio.

D I E I S E C V N D A E

Hora Considerationis

P R O P O S I T I O.

ANima Religiosi D E O per vota consecra-

ti, acquirit modum quendam essendi Divinum.
Vnde, ipsius Excellentia & obligatio argui-
tur.

I. Sic formatam Propositionem miraris?
& quonām modo id fieri possit interrogas?
Scies facile; dummodo mea interrogationi
& tu satisfasias. Quæro: Adoranda Christi
Humanitas q̄ anām ratione acquisivit esse Di-
vinum? repones: quia subsistentia propriā
naturæ suæ debitā, privata est; vice cujus
obtinuit Divinam, suu Personam VERBI cui
est unita: quæ Vnio est Fundamentum illa-
rum denominationum, per quas Caro Chri-
sti, Caro DEI; & Anima ejusdem, Animus
Divinus appellatur. Responsum optimè. At
eodem responso, propositionis meæ difficul-
tatem sic explano. Religiosus ad servitium
DEI deputatus, licet non Physica morali ta-
men subsistentiā, vi ejusdem suæ ad cultum
Divinum deputationis spoliatus est; DEVS
itaq; in suos ejusmodi servos liberalis, sup-
plere illā alio esse noluit, præterquam eō quod
aliquomodo esset ex ordine Divino. Hoc i-
psum clariū tibi explicari desideras? En My-
sterium in se involutum, sic evolvo: In-
tellectus nostri quis terminus, moralisq; sub-
sistens? nonné judicium proprium in-
quo ultimō subsistit, eoq; regi ac duci de-
siderat? En præstō est Religiose obedientiæ
votum, quod hunc subsistendi modum ab

Intellectu nostro aufert, in cuius locum substituit judicium superiorum, D E I vices in terris gerentium; facitq; , ut nostro nunquam, semper verò innitamur iudicio D E I, per ejus vicarium nobis explicato & proposito. Voluntas, Desideriorum Amorisq; sedes, quem terminum habet? nonne fluxa Mundi hujus bona, in quibus amore suo conquiescit? Igitur præstò est, jurata ad Aras Paupertas, quæ amore periturorum facile bonorum, eam evacuat, illamq; eò inducit, ut unicò D E O nostri gratia depauperatò. Dives esse velit, in ejusq; pretiosa Paupertate sifstat. Caro sensusq; Hominis, et subsistit & vivit suis voluptatibus; quibus tanquam illecebris trahitur, nec contentatur, donec illis se potiri videat. En hac Carnis sensuumq; subsistentiâ, Religiosum privat Castitas voto firmata, destructoq; veteri ac sensuali homine, ipsi superinducit novum hominem I E S V M Christum; Carnemq; ejus purissimam quam usq; ad delicias in Epulis Spiritualibus fruitur, unicumq; juxta Chrysostomum, dolorem habet, hâc escâ privari. Hic ille est felicissimus, ab Esse suo, ad Esse aliquomodo Divinum, Religiosorum transitus. Tuné inter eos felicissimos tam felix es? vide, ut sis cura.

2. Ab Esse tuo per Professionem Religiosam ac Vota destructo, transisti aliquo mo-

do ad Esse divinum? O quanta inde Tua Di-
gnitas & excellentia! eam tu comprehendere non potes: Patres illam stupent, dicuntq;
Elevationem Animaꝝ supra se, ad DEVM e-
jusq; excellentiam, esse grande admirationis
arcانum: Ipsi Sancti in tam excellentissimo
Elevationis Statu positi, ac admiratione su-
pra ic iplos defixi tremunt, ut non immerito
eis Pſantes illud occinat: Timete Dominum
omnes Sancti eius: quoniam nihil deest ti-
mentibus eum. Quid enim illis deeslet qui
DEO pleni sunt? Tantum quippe de DEO
habent, quantum de suo Esse amiserunt. An
non ita? cum nihil creaturarum esset, totum
quod tunc esse dici potuit, DEVS erat. Etiam
ergo num, quantum in te creati boni impa-
nuiſ, tantum de Divino Bono hoc est ipso
DEO, repleris. Tunē aliquando ad tantam
dignitatem sublimitatemq; tuam, & quę ac e-
orum qui ad Cultum DEI consecrati, omni-
eo quod veterem hominem sapit, se spoliant,
debitè advertisti? quam merito ad Te pro-
loquar non verbis quid m, sed corde ac sen-
su Divi Francisci Salesii: O Anima DEO
dicata! o Sponsa felix æterni Sponsi, aperi
quæſo mentis tuaꝝ oculum ad dignoscendam
nobilitatem, eminentem dignitatem tuam.
Vide quod tu sis illa unica è millibus electa,
supra omnes reliquas vulgares humus mundi
anima appretiata, quam non monilibus sed

se ipso, cælestis ille sponsus ornat, totum id
in te de suo iupplens, quod de tuo, ejus gra-
tia amoreq; in te est destructum. Quid in
comparatio e hujus Boni tui, faciant bona
creata? indigna reputa corde tuo quod ipso
DEO plenum est, Sabbathum DEO dedica-
tum es, ipso illo & non solùm illi sanctifi-
catum; nihil prorsus de creato quo profane-
ris admitte. At itané haec tenus fecisti? vi-
de & emenda quod emendandum judicave-
ris.

3. Quodlibet vivit ac operatur secundum
exigentiam naturæ: non potest vacillare il-
lud principium, quia modus operandi sequi-
tur suum modum essendi. Si ita est; nec tu
negare poteris quod sicut per vitam Religi-
osam DEO consecratus, tuo Esse ant quo ve-
terisq; hominis deperdito, acquisiviisti no-
vum essendi modum, aliquomodo Divinum;
ita vivere ac operari obligaris non secundum
exigentiam Spiritus tui in malum ac imper-
fectiones proni, sed ad exigentiam Spiritus
Divini quo jam juxta Paulum animaris & a-
geris. Hinc inter duo: Et quidem primò:
Si DEV S in te ita vivere desideraret quo-
modo desideravit vivere in Christo, vitâ in-
quam in terris dishonoratâ, contemptâ, æru-
mnis plenâ, laboribus refertâ; permitte, ut
DEV S eam in te vitam ducat, nec ad hono-
rem, estimationem tui, quietem aspira: si:

quidem non solùm jam tibi non vivis; sed nec ipse vivis, vivit verò in Te D E V S in-
carnatus, cui Te consecrando, destruxisti to-
tum id quod olim erat tuum. An non con-
cedendendum est, ut quilibet, ubiq; tandem
existit, vivat iuxta suum Placitum recta
ratione directum. Daturné Ratio Divinā
major aut rectior? quæ pro D E O Homine
in terris vitam contemptam, laboriosam, pau-
perem, à lumine plausib; semotam elegit.
Quid ergo te premit, si sic illi apud te &
in te vivere placet? DEI est modum viven-
di pro se determinare, Tuum erit, id ad quod
ille se determinaverit, libenter non illiben-
tiū acceptare, ac recipere. Infer zdo. Pro
Tuo Esse per vitam Religiosam destructo, ac-
quisivisti quoddam esse Divinum; igitur omne
id, quod tam extra quam intra te, fiet de te,
respice non tanquam tuum bonum aut ma-
lum, sed tanquam Divinum. Contemneris?
de contemptu non velut tuo, sed ut Divino
humiliter dole. Honoraris? honorem non
tanquam rem tuam accipe, D E V M q; non ve-
rò te, ex gloria recepta attolle. Sanitate vi-
ribus, ingenio, cæterisq; tam corporis quam
animi dotibus excellis? gratulare hæc Bona
Christo in te viventi: pateris morbos, imbe-
cillitate attereris, derideris ut minus doctus,
prudensvē? compātere Christo, in te prout o-
lim in Cruce, doloribus attrito, spredo, irriso,

mor-

mortificato. Planè si non tu jam vivis, sed vivit in te Christus; nec te, de successibus felicibus sed Christum attolle, nec in tristibus, de malis tanquam tuis, sed Christi dole. Fecisti ne sic ut facias, ora, & cura.

MEDITATIO III.

*De mediis ad finem Religiosi, à nobis
obtinendum.*

Præl: quæ priùs.

P V N C T V M I.

V E R I T A S.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Matth: 6.

F R V C T V S.

I. Oculi nomine, intentionem intelligit Augustinus: hæc si recta ac simplex fuerit, totum corpus hominis morale, seu tota ejus operatio, quæ non ultra intentionem agit, habetq; eam pro anima, erit lucida seu perfecta. Recta vero esse non potest, nisi in DEVM, à quo omnis rectitudo habetur, tanquam finem & terminum propter quem facti sunt us, impellatur. En medium perfectionis acquirendæ, intentionis rectitudo. Nisi hæc fuerit, sicut recedis à D E O, ita & à via ad perfectionem, totumq; corpus tuum seu opus quod agis, tenebrosum est seu nequam,

quam, si nequam est & intentio; sicut, ser-
vum nequam dicimus, qui suo Domino de-
ficit obsequia, & alteri impendit nequis-
sum si hosti. Tu id agis, quoties vani-
tatem aut aliquid creatum, in operando re-
spicis, non DEVUM.

2. Quanta in te obligatio ad recte & pro-
pter DEVUM operandum, hinc expende: In-
domiciliorum vestibulis ubi oras, prostat pas-
sim tuus S. P. Ignatius cum aperito volumi-
ne, illudq; trahalibus scriptum literis repræ-
sentat A. M. D. Gloriam; ut agnoscas te in
hujus Patris domo nec esse nec ali debere,
nisi vivere & operari ad maiorem DEI Glo-
riam velis; quare institutum sive vivendi re-
gulam præscribens, plusquam centies tibi il-
lud instillat: Ad M. D. G, vide an ita huic
Divinæ Gloriaræ insieveris, ut cum V. P. Ni-
colao Lancicio ad singulas actiones corde sal-
tem proferas: propter te Domine; propter
Gloriam Tuam maiorem. Vide an forte ma-
iores, exq; quæ ex objecto vocantur Divinæ
actiones, ut est orare, catechisare, prædica-
re, Sacra menta recipere, non ad maiorem
DEI Gloriam sed ad tuam, respectusq; hu-
manos diligantur.

3. O quanta eorum vesania! qui cum pos-
sint iisdem omnino operibus DEO placere,
ejus favorem lucrari, Gloriam DEI promo-
vere, illius gratiam in terris, in cælis Glo-
riam

riam sibi accumulare, id non solum non faciunt, sed operando, sudando, patiendo, vel nulla vel vana intentione, in vita Divinam reprehensionem, post vitæ verò lapsum, pœnas merentur. Nisi pro DEI gloria agis in vita, querēris in morte Quid habet amplius homo de universo labore suo, quo laborat sub sole? respondebit tibi conscientia: Habebit angustias, confusionem, pœnam, nullum autem gradum Glorie in Cælo.

P V N C T V M II. V E R I T A S.

Qvi Christi sunt (explicant nonnulli : qui Christo volunt esse similes) carnem sumam cum vitiis & concupiscentiis crucifixi sunt,

F R V C T V S.

Christo similis effici cupisti desideria carnis carnemq; ac ejus sensum, quo regi vult, crucifige. Tribus crucifigendis, triplicem affert Religiosa perfectio Crucem. Paupertas Crux est desideriorum. Castitas Crux est carnis ipsius. Obedientia Crux est humani ac carnalis sensus. nisi hæc desideria carnemq; Crucis affigis, similis Christo non evadis, qui non re solum, sed affectu pauper fuit, vitæ incommoda & inopiam non tantum sustinens, sed ea desiderans ac quærēs. Corpus ejus Angelis fuit castius, taleq; quod pro sua

sua puritate conservanda, mortificatione non eguit, ut tamen tibi tuoq; corpori, modum mediumq; puritatis provideret, ad exemplum tuum, suum Corpus appendit. Obedi ntia quam Patri exhibuit, nonne Crux Christi dici potest? Imo sic eam vocare videtur Paulus dum ait: factus obedi ns usq; ad mortem, mortem autem crucis. Ergo nisi sensum tuum agendiq; libertatem, in crucem obedientiaz agis, ac in ea cum Christo pendes, quomodo similis ipsi efficeris? vide: quām te in hoc Christo conformaveris, similisq; fueris?

2. Quod triplici hoc modo, Christo similis non efficeris, nullam excusationem praetendere potes. Non pro paupertate necessitatem. Respondebit enim Bernardus: Heu! quām sape est ibi superfluitas, ubi creditur esse necessitas! Et certe corpori fovēdo mōdica sufficiunt. Audi D. Nostrum Borgiam: Pallium unum, arcendis cæli injuriis talis est, sive sol ardeat, sive imber decidat, sive venti perflet. Tibi plura dantur, & iis quæ offeruntur, contentus non eris! Dices? futuris eventib^o prōvideo. Arguet te Borgiæ oraculum: Discite Filii D E O fidere, cujus si gloriā quærimus, animis corporibusq; nihil defuturum scitote. Pro puritate si in illa vacillas, subinde tentationes contrarias easq; vehementes non allega. Vehemens contra tentationes,

Si concertatio est, at non mediocre auxilium,
Angeli pro vobis militant, qui Angelorum
moribus militatis, monet Ambrosius. DEVS
pro sua Domo non agere non potest, quam
inhabitat. At juxta Pelusiotam: aptiorem
sibi ac gratiorem sedem nullam DEVS con-
stituit, quam puram & castam animam. Pro
obedientia difficultatem alleges? quid rogo
svavius & facilius homini est, quam vitam
laetam tranquillamq; eligere; talem autem
juxta S. Patrem eligit vitam, obediens. Au-
diatur ipsius Apophtegma: Inter Religiosa
claustra, quisquis humilis est & obediens,
semper laetus & tranquillus degit. Obedire
volentem nihil conturbat. Vide, quomodo
ad Christi similitudinem in te formandam,
facilem habes viam & practicabilem.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

In lumine tuo videbimus lumen.

F R V C T V S.

I. Lumen, scientiarum acquisitio est, ad
quam à Religione, tanquam ad finem inter-
medium dirigimur. Ut illo potiaris, alio
lumine indiges, puta Divino, quod oratione
acquiritur. Adeo Oratio profectum litera-
rium non impedit, ut etiam promoveat.
Noster Franciscus Soarez, eruditiois Theo-
logicae solem, radiis devotionis illustriorem.

fc-

fecit, à Crucifixo, cui, s̄epiùs de die orando
supplex fuit, lumen Theologiæ haufit. Bonaventuram colimus Doctorem Seraphicum.
Thomam, ob doctrinæ excellentiam, Angelicum dicimus; uterq; Oratione profecit. Primus in Christo Crucis affixo bibliothecam suam ostendit, nàm Aquinatus, eruditam librorum supellest lem ostendi sibi postulanti, intento in Crucifixum dígito, respondit: hæc mea bibliotheca est. Alter ut difficultates Theologiæ penetraret, Cathedram Crucis adiisse, aut Christum Eucharisticum precibus consoluisse, constanti scriptorum testimonio asseritur. Tu studendo quomodo orationi afficeris? vide: sacrum orationi tempus contrahere, literis impender, cave; tantum profectui tubrahes, quantum tempori ad ordinum præfixo. Noverat id Soraez c. ntestatus libentiūs habiturum se, totius suæ incertiæ jacturam, quam prætermisurum Orationis quadrantem; certus quod totum id literarium, uno quadrante comparatus esset, quidquid, Orationis gratia, antecedenter perderet.

2. Lucere scientiâ vis? radia puritate & virtute. Agno non hædo datum, referare libri signacula seu difficultates. Ponit Mathesis in cælo & Agnos mites, & leones ferocios & capros insolentiores. Apocalypsis autem meminit solius Agni inscriptos referantis

tis libros; ut discas: virtutem doctrinæ esse Comitem. Crystallus magis pura si ad sollem exponatur illuminatur perfectius; puritati cordis afficiare, si scientiarum sole, vis præfulgere. Certe, in animum & cor malevolum, non intrat sapientia. Claude orationem affectu tali: MILESV quām perfectus fuiq; aptus meo esse velim. Tu nosti. Nolo hypocrita tam in tuis, quām omnium aliorum oculis comparere. Volo totum id exequi, quod à me, status meus exigit; perfici virtutibus literisq; cupio, sed vel maximè Tibi Capiti meo assimilari. Quantum ex me est, nullum de his mediis prætermis sum vellem, ut assequar, quod intendo. Tu adde gratiam, & ego facio subito, quod opto; nulla me difficultas terret, ne exequar quod intendo, dum Tua Bonitas ad eligen- dum agendumq; allicit, quod cogito.

DIES TERTIA MEDITATIO I.

*De Gravitate Peccatorum mortali-
um ex pœnis ipsorum.*

Pral. i. Imaginare, te peccatorum reum fugere à facie offensi DEI, omnes autem creaturas in ultionem tui armatas, te inseguiri, ac de te vindictam sumere velle.

Piel: 2. Péte à DEO gratiam, ut cognoscas magnitudinem peccatorum tuorum, eaq; defleas.

P V N C T V M I. V E R I T A S.

ITa DEVUM premit ne creaturæ rationales Idevēnt à suo fine, ut a principio mundi, voluerit ad terrorem prævaricatorum, à fine suo excidentes, gravissimè eternumq; punire. Nec pulcherrimo suo operi contra finem agenti, Angelis videlicet transgressoribus pepercit; sed ingentem eorum multitudinem rudentibus inferni detractam (ut loquitur D. Petrus,) in tartarum, igni tradidit cruciandam.

F R P C T V S.

1. Afficeris peccato? vide in quo tibi sic complaces. Peccatum est, quod de Angelis fecit dæmones, de creaturis pulcherrimis tam abominabiles, ut visâ semel fæditate diabol. D: Catharina Senensis mori debuisset, nisi Divinâ vi servaretur in vita; de amicis D: EL, constituit ejusdem inimicos capitales; de cæli hæredibus, inferni mancipia. Et illud, plus quam mille mortes non times?

2. DEVS ex se ad misericordiam inclinatus, ad vindictam nec pronus nec prodiens, nisi ab extra provocetur. amator Angelorum eximus, quibus in Creatione, bona tam

naturalis quam supernaturalis ordinis contulit innumera, ita ut ipse opus hoc suum laudaverit dum dixit: Tu signaculum similitudinis, plenus Sapientia & perfectus decor, in deliciis paradisi fuisti, omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Et tamen tam horrendo æternoq; supplicio, unius peccati in mente commissi reos, affecit. Æternum quippe Decretum DEI est Ezech: 28. ejeci te de monte DEI, producam ignem in medio tui, qui comedat te. Et tu putredo & vermis, nec peccare formidas, nec peccandi finem facis? ita ut Christus dicere debeat: Pater justus, mundus te non cognovit! Iohann: 25.

3. Si ad terrorem hominum, Angeli tam acriter castigantur, quantum punietur homo, si tanto castigationis exemplo non emendantur! in exemplum autem penæ & ut à peccato deterreas o homo, datum Angelum tibi, si dubitas audi Gregorium Magnum sic dicentem: DEVS Majestatis intonuit, ut ruina majorum, sit cautela minorum. O si vase illa aurea guttam unicam veneni peccaminosi continentia, de mensa cœlesti in barathru projiciuntur infernale, de te vase fictili aleteo, veneno peccatorū ad superficiem repletto, quid fiet!

4. Terruit totam Arragoniam Rex Petrus, qui obviam iturus rebellibus, convocatis iisdem ad deliberandum proposuit, possetne con-

flari tam grandis campana, cuius sonus in-
toto Regno audiretur? cum nō garent, singu-
los ad constitutum locum vocatos, pæna ca-
pitis affici jussit, eorumq; capita in modum
campanæ disposita, cæteris monstravit, pro-
bans, posse dari campanam, cuius sonus in-
toto orbe auditur, & timeatur; sic Arragoni-
am in obs quio continuit. Annal; Re: Arag:
D E V S, contra Angelos de cælo fulminati
nec tamen à te hoc co: itru auditur, aut ti-
metur! Cecidit Angelus intellectu perspicax,
voluntate in bonū m inclinatus, pondere car-
nis, sensuq;, qui eum à fine ultimo abstrahe-
ret, destitutus, nullis ad malum exemplis stimu-
latus! Tu terræ in oia, carne ad malum
proclivi onustus, erro: i ac passionibus obno-
xius, vitiorum circumdatus exemplis, sensu-
pim illicio ad peccandum impulsus, non times
ne in peccatum ruas, æternūmq; pereas? Ah
time! exclama tremens: si in Angelis repe-
rit pravitatem, impius & peccator ubi pare-
bunt? Angelus, purus Spiritus ardet. Tu
cūm sis caro, & fænum, ignis æterni pabu-
lum, ad inferni novissima videbis!

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

ADAM primus homo ut ait August: non
a solo iubentis DEI sermone, sed consilio
sanctissimæ TRINITATIS factus, viva DEI
Ima-

Imagine insignitus, omnium sublunariorum Rex constitutus, gloria & honore velut diadema te coronatus, per gratiam sanctificantem in qua creatus, in celi Hæredem inauguratus, suarum passionum perfectus Dominus, ad immortalitatem factus; à serpente educitur, de pomo vetito gustat; proinde ut transgressor, Gratia sanctificante ac DEI filiatione ad optimam privat; sit mancipium diaboli; exul paradisi; passionum propriarum iudicium; morborum scopus; & nisi Filius DEI, fieret Homo, filius damnationis æternæ;

FRUCTVS.

1. Vides mala, in quæ primus noster Pa-
rens, pro peccato, tam ad speciem levi, quam
leve videtur modicum de pomo delibare aut
tulas d'glutire, incidit. Et tu ad plura nu-
mero, natura graviora, te r. solvis facile!
Africanus, ut leones a cæde hominum deterrant,
unum captum, arbore configunt; consi-
xus arbo: i leo, cæteros a strage inter homi-
nes edenda, continet. Et Adam patet tuus,
ad tot mala pro esu p. mi damnatus; ac
æternæ animæ judicatus reus; à peccato te
non deterret? concretus tam triste penitentium
exemplum, tibiq; pñas, multiplicatio
peccatorum, auges?

2. Dum Philippus III. Rex Catholicus, pa-
nalem quandam sententiam contra primogeni-
tum suum Carolum tulit, expavit tota Hi-

spania; nec quisquam (ut ait Historicus) ausus est veniam sperare, quam Pater denegaverat Filio. DEVS, contra suum adoptivum primogenitum Adamum, pro esu pomi vetiti, sententiam æternæ damnationis, licet sub hypothesi, dedit; eamq; in multis malis, quæ extremi hujus mali præambula sunt, executus. Et tu peccare volens, misericordiam tibi veniamq; pollicebere? pollicare eam; sed post peccatum, in quod infirmitate tua incidisti; ante peccatum, justitiam time. Sicut vinum cicutæ præbbitum, enecat sumptum post cicu am medicatur; sic pariter, licet commissio jam peccato, misericordiæ confidere optimum sit peccatori; ante peccatum tamen, spe misericordiæ, ideo fretum esse ut audaciūs peccetur, est periculosisimum.

3. Adām justitia originali prædictus, appetitus suos rationi obsequentes habens, Divino lumine præ cæteris magis illustratus, rebelles intellectui passiones nondum experitus, tentatus leviter, & tamen cecidit! cecidit autem sicut intra paradisum, ita extra consortium malorum. Tu impetu's passionibus, in maligno mundo positus, tentatus gravissime, te non casurum, confidis; timi te ipsum, evita occasiones, exempla & consortia pravorum fuge, dum tentaris ora, nec tibi, sed Divinæ gratiæ, cum feceris ea, quæ tuarum sunt partium, adscribe: Quod nisi

nisi agis, excides è gratia, & de terra viventium radēris.

4. sp̄etas hominum mortes quotidianas; experiris bella, famem, morbos; tentaris ad peccata, in illaq; forte ruis, & s̄apē, urinam non graviter? Hominibus repleti rep̄ en tūq; infernum, donec ultimus dies veniat, credis; fructus tam funesti, de qua arbore ac radice pullularunt? Radix hæc, peccatum est Adæ. O quantum peccati unius pomiq; comestī virus: quod universum genus hominum encuit, mortiq; æternæ addixi! Et tu peccato velut dulcedine caperis! deliba ut placet; ingemisces cum Ionatha: Gustans, gustavi paupilum, & ecce morior.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

Christus qui peccatum non fecit, nec est invenus in ore ejus dolus, quia Fideijs for hominum fuit, ac satisfacere pro peccato eorum voluit; infamiam, calumnias, alapas, flagella, contempus, spinas, crucem, & mortem sustinuit. Martyrumq; omnium tormenta, suis tormentis superavit.

F R V G T V S.

1. In ligno viridi, quod vermis peccati nunquam corrosit, hæc facta sunt! quid in te ligno arido & verminoso fiet?

2. filius DEI pro alieno peccato tantas

penas luit; quas pro suo luet filius diaboli?

3. Quale & quam periculosum vulnus, animæ, à peccato infligitur, quod sanari aliter non potest nisi sanguine & morte filii DEI!

4. Filius DEI hominum miseriis illachrimatus, eorum interitui compassus, pro ipsis atrociter mortuus, si videt hominem peccati reum mori, eum perenniter damnat, n. q; tormentis ilius aut lachrymis movetur, quia sibi in illis complacet; ignemq; cruciativum, suâ vi Divinâ æternum sovet & excitat. O peccati gravitatem, quæ tantum meretur supplicium, & tamen non timetur! Tu time & erumpere in affectum: Agnosco Domine periculi mei magnitudinem ex consideratione remedii. Tu Filius Altissimi jubebaris occidi, ut vulneribus meis pretioso sanguinis tui balسامo medereris. Agnosco quam gravia fuerint vulnera animæ meæ, pro quibus necesse fuit Christum Dominum vulnerari. Si consummata videtur eorum inequitia, qui cruciferunt Christum; quanto est major eorum, qui nolunt rectè vivere, & odio habent praecipia veritatis, pro quibus crucifixus est DEI Filius.

MEDITATIO II.

Exponens gravitatem peccati ex ingratis, crudelitate, offendit, & Dignitate dei offensis.

Prelud: eadem.

PVN-

PUNCTVM I.

VERITAS.

Odio habuerunt me gratis. Ioan. 15:

FRUCTVS.

Si, peccando male velles DEO etiam in te non benefico; enorme esset eum laedere qui te nunquam lætit; mundi judicio plectitur grauius, qui laedit innocentem. At tu DEVM in Te benevolum, ac in beneficiis profusum; offendis læpius; & ad criminis gravitatem non advertis?

2. Philosophus ait: quod etiam feræ, beneficia sentiunt, tu vide an feræ non sis ferocior, si te non modo ingratum, sed etiam hostem DEO in te liberali, exhibes peccando. doratus es ratione? ea ad legum Divinorum transgressionem forte es abusus. accèpisti amicos? ex iis, illi tibi erant magis grati, qui te ad graviora peccata traxerunt? subiactus es familiaritatì cæterorum? solitudo animam tibi præbuic audaciùs peccandi; pollebas ingenio, viribus? ingenium impendiisti in exquirēdis ad malitiosius peccandum industriis. De sanitate, cæterisq; animi ac corporis facultatibus, vide num id tibi ali quo Ichnu ac sub aliis terminis non serviat, quod de secularibus scripsit Hieronymus: Sanitate abutimur in libidinem, divitias vertimus in luxuriam.

3. Ingente m̄ tibi cupiens dare in celo gloriā & coronam, emensus est meritis tuis plures annos, ætatem justam, DĒVS. Tu non annos, non menses, non dies; sed horas, defectibus, (si non gravioribus peccatis) distinxisti. Cogita, an non sis homo ille de quo David: Psal: 39. Circūderunt me mala, quorum non est numerus, multiplicatæ sunt iniqüitates meæ, super capillos capitis mei. Deplora, si quid in statu tuo deplorandum adverteris.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

Qui peccat, rursus (secundum Paulum,) erubet, si fugit Filium DEI.

F R V C T V S.

1. Considera: grave peccatum fuisse Luciferi & Adami, ingens & æternus, quam reprobantur, pæna probat. At illud commissum est solùm contra DĒVM Creatorem. Tu peccando injuriā affidis DĒVM etiam Redemptorem; de quo scis bene, eum redimendi tui causā, Sangvinem sudasse, enormes cruciatus tolerasse, in Cruce mortuum esse. Et putas, tē, ipsos dæmones peccandi malitia non extendere? ne erra. Redemptionis beneficium quod majus est dono Creations, eò magis sceleratus dæmonibus dici debes, si peccas.

2. Summa ingratitudo est, DÉO Redemptori, non gratias sed peccata & offensas repicare. At sumum ingratitudinis superat, Christum jam gloriosum, iterum in Crucem agere, clavos manibus beneficis infigere, cor amore in te calidius quam sanguine, lanceam confodere. Et tamen si peccas, tantum facinus juxta Paulum audes. De te enim illud dictum verificatur: rursum crucifigentes Filium DEI, quod ne putes Apostolum exageratè locutum, audi Doctorem Angelicum: cum iterum peccas, quantum in te est, das occasionem, ut iterum Christus crucifigatur.

3. Ad impossibilia, (quomodo impossibile est Ch istum gloriosum crucifigi) dices actionem non dari? Accepto: hinc tamen infero majus tuum facinus esse, dum à tua parte id affectas agere quod non potes. An non omnium aestimatione magis ille scelestus, qui id, quod non potest agere, vellet. D E V S, frequenter sicut in præmiando ita & in puniendo, affectus non actus considerat. Christus veritas summa, exaggerationib⁹ in dicendo non utitur. Et tamen, toto corpore vulneratum se Divæ Brigittæ exhibens, asserit eam lanianam à peccatoribus se sustinuisse. In quibus licet respectu tam tragiæ effectus non dabatur actio, at fuerat affectio.

4. Chrysostomus, Tygride usq; crudeliores assecuit Fratres Josephi, mortem suo fratri

tri in suis consiliis tunc machinantes, cùm
ille eos ad vitam quæreret, cibis quos fere-
bat instaurandam. Te, quā Tygride non di-
ceret crudeliorē; si eām Christi carnem
pravo affectu vel et clavō configis, quæ tam
sæpe, tam liberaliter, cibat te in vitam æter-
nam? an non contra te lamentatus coram
Carlo terraq; DEVS, dum dicit: Filiōs enu-
trivi & exaltavi, ipsi autem sprevetūnt me;

P V N C T V M III. V E R I T A S.

Quod dignior offenditur Personā, eo major
offensa, ut inductiōnibus liquet; majorq;
injuriā, si in oculis ejus cui exhibetur, fiat;
intolerabilior, si per eām, omnibus in bonis
quis lēdatuſ.

F R V C T V S.

i. Quis te insipienter sceleratum, ac excél-
lentiae Angelicæ injuriōsum non diceret, si
in unum v.g. Seraphinum manus injicere vel-
les eumq; contra te provocare? miraretur Cæ-
lum, quod vermis terræ, contra præpotentem
Spiritum, qui unius digiti motu, orbem con-
cuteret potest, bellare auderet? plus in te itul-
te audaciæ, si contra Omnipotenterem, cuius
intuitu, omnes Creaturæ etiam Angelicæ ini-
tus sunt, quam sit gutta toris in compara-
tione Oceani; insurgis; eumq; ad iracundi-
am provocas; contra te inclamat Ilaias vñ
qui

qui contradicit Factori Tuo testa de Samiis
terraz.

2. Barbarus Tumanes, sibi putavit impossibile contra Duxum suum Numnez injuriis afflurgere, ad cuius latus videlicet ensem tanti delicti vindicem; quare rebellionis insimulatus, id tantum pro sua excusatione attulit: Putaremē potes o. Dux, cogitationem mihi al quando subiiss: de te offendendo cūm præstō tibi sit ferrum, quo honori tuo injurios plectas? nec moliri in animo aliquid sc: cōtra eius excellentiam posse, protestatus, cuius ferrum in pæna sceleris sentiret statim, arq: sc: ius fuisset proditum. Tibi, D E V S per Ezechielem dicit: Pe sequar inimicos meos, & gladium evaginabo post eos, & sagittas meas complebo in eis; & non moliri tamū, verū & agere indigna, contra D E I excellentiam audes?

3. Nemo ita impudenter audet esse reus, ut iudice coram, crimen faciat, cuius inevitabilem vindictam ab eius sententia expectat. Fides docet, D E V M tam ubiq: esse, quam semper sclera punire, ergo ē peccabis peccandoq: in eorum te numero pones, contra quos apud Isai: conqueritur D E V S: Ad iracundiam provocant me ante faciem meam.

4. In una Persona, excellens talentum unde ipsius crevit estimatio, carpere, si gravis est injuria? erit gravior, si omnibus illius ta-

len.

lentis derogetur. In omnes DEI proprieta-
tes injurius es, quoties peccas; dishonoras
Omnipotentiam, dum illam tui sceleris facis
cooperatricem. Iustitiam, dum minas ejus
horribiles, vilipendis. Misericordiam, dum
illā fretus, audaciūs peccas, & vel inde im-
pius & crudelis in DEVM esse vis, quia ille
in te pius & misericors. Bonitatem, dum
pro tanto amore, gratiis, auxiliis, reponis o-
dia & ingratitudines, Beneficiaq; DEI, tuz
malitiaꝝ sunt contra DEVM instrumenta. De-
plora tuos, si fuerunt, tam impios ausus. Af-
surge ad affectum Catharinæ Genvensis, dicq;:
si ex una parte prosteret Oceanus, flammis non
aquis plenus; ex altera, peccatum mortale,
me prius illi mari prudens committo, quam
committo peccatum. O peccatum quomo-
dò te horrerent homines, si tuam malitiam
nossent! Marina vulpes, injectum sibi cum
hamo pabulum, non deglutit subito sed len-
te masticat: proinde nec hamo se capi sinit.
Pisces alii quia prædam festinè deglutiunt, &
ipſi, infelix præda hami sunt. Sic & peccato-
ribus accidit; peccant facile, & ut pro-
verbiis habetur. Os impiorum devorat ini-
quitatem, quia quantum malum sis o pecca-
tum, non te norunt. Ego millies mori ma-
lo, quam te jam mihi bene cognito, fædari.

DIEI TERTIAE

Hora Considerationis

PROPOSITO.

Defectus naturâ suâ parvi, sunt graves in anima DEO per vota consecrata, id quod offenditur ex parte gratiæ.

I. Defectum naturâ suâ parvum, cave, hinc peccata venalia accipias; quæ, fontes sunt magni in anima disordinis, & frequenter graviorum peccatorum. Intellige itaq; defectus leviores, uti sunt, inepta latitia, impotuna confabulatio, in rebus sciendis curiositatula, laboris remissio, & his similia, quæ si alibi sunt levia, in t. specialiter ad cultum DEI deputato, sunt graviora. An non ita sit, vel hinc cognoscere sicut inter materiam etam, & formam, debet esse proportio; ita eadem servanda est inter animam status & ordinis altioris, eiusq; puritatem. Quare, sicut nobilior forma, plures nobilioresq; exigit dispositiones, ita status anime altior, sublimior rem exigit puritatem; hinc quo. sublimior est supra Cælestis Hierarchia, eò majoribus nobilioribusq; qualitatibus invenitur ornata, Et Matri Admirabili, summum debetur puritatis & Gratiae, quia ordine dignitatis statuq; cunctis antecellit.

Daturæ major anime dignitas ac excellētia supra eam, qua in Sponsam ipsius DEI eli-

eligitur, illiq; per vota ad speciale servitium
deputatur? minime. Hoc Creaturæ rationali
deme, & summum quod habere potest preti-
um, ei sustulisti. Sublimi itaq; loco positus es,
dum te DEO consecrasti; proinde tantæ subli-
mitati proportionata puritas, correspôdere de-
bet: illanē à lapsibus venialibus, etiam se-
cularibus communis: haud euidem; ea con-
tentus, proportionem debitam, inter anima-
tuæ elevatum supra seculares statum, & nito-
rem seu puritatem ejus destrueres. Cogeris;
itaq; mihi assentiri, defectus qui in se peccata-
non sunt, graviores esse nævos, qui animam
tuam supra vulgares elevatam commaculant.
Fumosa exhalatio faciem non fœdat, at detur-
pat solem; & hæc vitiola, si in secularibus non
notantur, in Te, DEO dicato, notantur gra-
viora. O quot tamen ejusmodi defectibus
scates! si non peccatis? vide, nævumq; hung-
lachrymis elue, nec tam facile in animum tu-
um id admitte, ad cuius gravitatem adverte-
sti.

2. Anima, quod perfectius ad Cultum Divi-
num, consecratur, eo plus à DEO velut sole
suo, haurit luminis, perfectiusq; ea, quæ ad
puritatem ac finem ejus ultimum conducunt,
vel ab his bonis eam impediunt, cognoscit.
Sive quod DEVS in illa, maiores dispositiones
tam luminosaæ impressionis inveniat; sive quod
ex suo speciali Decreto, velit cā plus aliis, quæ
ita.

ita DEO ad obsequium obligatae non sunt illuminare. O quantum in te lumen hoc Divinum radiare experis? nonne quoties extra Regulas & limites honestae Operacionis procedere vis, mentis Tuæ aciem, hoc Divo radio reverberari fortiter sentis? plus in Te luminis, plus igitur & in his vitiolis, quorum notaris, reperitur gravitatis. Magis quippe delinquit, qui se veritati cognitæ magis opponit. Ergo tuos quotidianos defectus quib⁹ succumbis, minores proclamare audebis? nullum vitium quod ad Lumen DEI videtur, per quod à sua Regula & fine aliquomodo deflectit ratio, aut parvi momenti est, aut existimari debet. Tu ad tantum Lumen, tuos defectus, si non peccata, per quæ tuæ Regulæ primæ, DEO videlicet, te diffomas, modica, minorisq; considerationis esse enuntiabis! Lumini rebellum esse, an non magnum? Tuné huic Lumini non rebellas? dum contra claram veritatis cognitionem, à vitiis te dehortantem, puritatem animæ tuæ vix non horariis defectibus commaculas! Age, noctua non sis ad solem cæcutiens, ac ad gravitatem imperfectionum tuarum non advertens, Aquilam te volo, in meridie Lumen constitutam, cuius perspicaciam nec minima imperfectionis athomus effugiat.

3. Obligasti te ac consecrasti DEO ad eius seruendum specialius; DEVS quoq; pro te,

speciales præparavit gratias, quarum auxilio
à defectibus vitiisq; quibus ex conditione na-
turæ tuæ subjaces, eximaris; imò obtulit ti-
bi illas, desideriò te sibi consecrandi, quin
sanctum efficiendi, accensus. Qui te sic sibi
in servum per vota consecravit, dubitabis
quodd eminentem tuam sanctitatem ac perfe-
ctionem non desideraverit & exime hoc, de
animo tuo, dubium, secureq; apud te con-
clude, cujus medio & adminiculo, defectus
in quos fortè in singulas horas laberis, su-
peres. Et quis tam socors in te spiritus, qui
dicere audeat imperfectiones illas, nævoscé,
animæ ad Cultum DEI specialiter deputatæ,
graves non esse, quibus succumbis, & in-
præsentia tam potentis ad auxiliandum gra-
tiax, & in circumstantia tam facilis ad vin-
cendum vitioli & infamius graviusq; ille vul-
neratur, qui à debilioe manu, loco, quo me-
lius magisq; strenuè defendere se poterat,
vulnus accipit. Nec minus criminosus, quin
magis infamis, exosusq; Cælo cadit ille, qui
hiscè imperfectionibus ex se modicis, in co-
piâ tot auxiliorum succumbit. Consule tibi,
de sic exosam vitam coram DEO & Cælo de-
testare; ac ex his motivis, proposita ad evi-
tandos minores defectus, tantò magis pecca-
ta, animò seriò concipe. Dic DEO tuo.
O Sol æternè, omnis nævi maculævè expers,
illuminans omnem hominem venientem in-

hunc

hunc mundum! Agnosco me Tuum esse radium à Te promanantem, in Te subsistere volentem; quām innocens ab omni labe, inter filios lucis vivere debeo? & nī sic vivo, vivo tanquam Monstrum, Symmetriam, inter Te, omnis Puritatis & Perfectionis Authorem, & me, sic imperfectum, & defectuosum opus Tuum, defectu à mea prava voluntate proveniente, destruens: Ah! nolo ab hinc tale Monstrum videri. Tu adde vires, ego non negabo conatū, Tuam puritatem imitandi, eamq; in me, eō quō possum meliori modo, expimendi.

MEDITATIO III.

De damnis, quæ facit peccatum.

Praludia eadem.

PVNCTVM I.

VERITAS.

Si averterit se justus à justitia sua & fecerit iniquitatem, omnes justitiae ejus, quas fecerat, non recordabuntur. Ezech: 18.

FRVCTVS.

I. Sis alter meritis Xaverius, ob multam infidelium ad Christum conversionem; voctris sisq; delicium Cæli, cum Kostka, ob vitæ innocentiam, fervori charitatis conjunctam; refer Hilarionem Eremitam; Paulum, mul-

tis annis inter aspera jejunia, mortificationes, in Religioso recessu transactas. Videat te de Cælo Teressa ut vidi olim Balthazarum Alvarez, in Ecclesia perfectissimum; si peccas graviter, et exodus sis D E O; & nisi penitentia peccatum eluis, aeternæ oblivioni, merita ex mortificationibus innumeris, jejuniis arctissimis, communionibus ardenteris, collecta insepelis. Fidei axioma est: omnes iustitiae quas fecerat, non recordabuntur. Et funestum hunc Latronem, tanti boni tui praedatorem non times?

2. Recole mente Henricum Angliae Regem, qui in ultimo vitæ articulo constitutus, cum videret, funesta falce filum suarum destinationum praecidi, ad adstantes Principes, ultimò plorans protocutus: Amici omnia perdidimus. Ita est, mors physica, omnem felicitatem hujus mundi, unico claudit momen-
to, sed & mors moralis, puta peccatum grave, eō, quō sit instanti, omnem felicitatem, quæ in vita aeterna ac beata habetur, clau-
dit, jusq; ad illam amittit. Statim ac pec-
casti, verè proloqui potes: Omnia dona su-
pernaturalia perdidimus, fide ac spe exceptā,
quæ etiam ipsa perdi deberent, nisi ea, Pro-
videntia Divina, peccatori in adjutorium, quo
se juvet ad penitentiam, reliquisset.

3. Parum esset, hæc sola perdere bona,
nisi peccato perderetur D E V S. Sed jactu-
ram

met; non verò illas, quæ, licet Patri dispu-
cent, ab hereditate tamen, donisq; Patris,
ea facientem non expellunt; sicq; constituto
Filio, ac dicenti, se adhuc Patrem amare,
nemo fidem daret. Tu, talem te filium, re-
spectu DEI Patris tui, probas. quoties ma-
jora peccata vitans, ne bonis Cæli priveris,
ad minora patranda, te resolvis, ne tibi, tu-
æq; sensualitati vim inferas. Et dices adhuc,
te amare DÆVM? non hunc, sed te amas;
taliq; animo ostendis, te, non DÆVM, sed
ejus bona, sine quibus, æternum tibi malè
futurum est, querere. Ut fidem amoris tui
in DÆVM, coram Cælo facias, evita lædere
etiam modicè eum, qui te summè diligit.

4. Levene factum putares illius Sponsæ,
quæ ex vili statu à Rege in consortem feli-
citatis regiæ electa, eo die, quo cum triun-
pho ad desponsationem Regniq; possessionem
esset deducenda, ob aliquod facinus suum,
jussu Regis, in carcerem atque atrocissimum detrude-
retur, duris cruciatibus exagitanda? Hinc
peccati tui etiam minimi magnitudinem men-
sura. Eo instanti, quo à corpore abit anima,
labis quidem mortalis expers, sed levis rea;
adhuc deducenda erat cum triumpho in Regiæ
cælestem, DEO, velut Sponso suo, æternum
desponsanda, Regniq; beatissimi, unà cum il-
lo, potitura. Et tamen triumphi ac solii vi-
ce, mæsta duci jubetur in atrocissimum pur-
gato-

gatorii carcerem, flammis acribus ibi torquenda. Et factum ejus, tua olim estimatio-
ne leve, putabis modicum. Nè erra, & quid-
quid culpam redolet, grave puta.

P V N C T V M . III.

V E R I T A S.

Qui spernit modica paulatim decidet.

F R V C T V S.

1. Non mortem solum, tuo corpori, sed etiam morbum times, bene conscient, per morbos disponi corpus ad mortem. Laudo prudentialiam; sed & moneo, non solum peccata gravia, quæ mortem animæ inferunt fugienda esse, verum & levia, quæ non interficiunt, inficiunt tamen vitam spiritualem, & ad interitum disponant.

2. Habitū facilitant etiā ad difficultia. Arduum est mihi, dicas, ut me resolvam ad gravem DEI offensam; gratulor tibi tam castum cot; at simul illi timeo, si non omnino purum est à minoribus ejusdem linea defectibus, ne habitū, & assiduitate peccandi venialiter in aliqua materia, facilius se reddat, ad peccandum graviter in illa ipsa. Bene arguere Doctorem Angelicum, nemo unquam dubitavit. & tamen hæc ejus argutio est: hic, aut ille, frequenter se resolvit ad minora deliberatè facienda. Ergo se resolvet ad majora committenda voluntariè.

3. Ut majora peccata fugias, selectō tibi auxiliō opus, ex amore erga te ſpeciali, à D E O tibi feligendō. Atqui amor ejus infinitus, nonnisi sanctitatem diligit, & bonitatem suam, tam in ſe, quām in homine paticipatam, amat. Ab hac autem bonitatis participatione, affectus peccantis venialiter, plurimū recedit, ſe, non amoris & be-nevolentiae, ſed displicentiae objectum, conſtituit. Si ergo, ad peccandum leviter, facilis es, quomodo à D E O diligeriſ? illiusq; ſelecta auxilia, quibus adjutus peccata gravia vites, tibi pollicebetis? vide, in quo periculo ſis, niſi vitans majora, minora fugis. Evitans molem, cave, ne arenā obruiaris. Turpius victoria & triumphus perditur cum hoſte infirmo, quām forti. Defle ſtatutum tuum præteritum & dic cum Auguſtino: Minūs te amat Domine, qui præter te, aliiquid amat, quod propter te nōn amat. Ah quantum amori tuo detraxi, ſummum. Bonum meum! Tantum detraxi Tibi cui totum debeo, quantum iniquè, impertivi crea-turis; nolo hiſ etiam leviter affici. Et ſi nolo à majoribus in amando te impediri, minoribus quomodo ſine ingenti pudore meo, me à te diligendo detineri permittam. Odā odi ſummē, etiam leves offenſas tui, quia & hæ tibi DEO meo, mihi ſummē amato, ſum-mē displicent.

MEDITATIO II.

De Morte.

Præl: 1. Cogita te in schola mortis esse, in qua, bene vivendi principia dantur.

Præl: 2. Pete gratiam ut discas bene vivere, quò possis melius mori.

P V N C T V M I.

V E R I T A S.

Mors Magistra est optima, à qua discimus in finem nostrum ultimum tendere, resq; terrenas despicer. De hoc illius magisterio optimè protulit Sapiens dum Cap: 41. dixit: *O mors bonum est iudicium tuum.*

F R V C T V S.

1. Philosophiam ex mortis meditatione disci docuit Plato, quando protulit: Vera Philosophia, est mortis meditatio. Tu mortem recte meditare, & ex illius meditatione proficies in magnum Theologum, ipsiusq; Legis Divinæ cognitionem, ex ejus Magisterio assequeris. Nihil est in Christiana, imò Religio. Theologia difficultius, quam injurias tolerare scire, iisq; qui eas intollerūt, bene affici hanc rāmen difficultatem dissolvit mortis doctrina. Audi Ierem: Thren 3: *Ponet in pulvere os suum.* Explicat Ambrosius: Ponet in Sepultura os suum, & dabit persecuenti se mis-

xillam. Age, mortem ob oculos habe, & in vita nullum habebis, quem gravi & nō benevolo oculo videoas, quem vē fugere deheas velut inimicum. Multorum reus, ac in morte sibi injurias condonari à D E O cōpiens, quomodo hujus memor, factas sibi, non condonabit facilē injurias?

2. Scriptura dicit: Eccl: 7. melius est ire ad domum lucis, quam ad domum convivii. Mortis memorare, & importunam mundanamq; lātitiam vitæ Religiosæ nocivam, temperabis. Hilarion, Hieronymus, vitâ Angeli, diem mortis in timore exspectabant, & tu habens, quod in morte timeas, ad ejus recordationem subridebis? time modò mortem, temperatè ac cum fructu, ne in fine vitæ, eam timere tam immoderatè quam infructuosè cogaris.

3^a Mors est finis universorum & dies perditionis teste Iob: est enim terminus omnis illius, quidquid vitam sensualem delectat; principium verò ejus, quidquid eadem horret. Doceris, animo rebus illis non inhārere, quas in morte omnino relicturus es. Stultè enim amatur & quæritur cum anxietate, quidquid necessariò cum dolore relinquitur. Cur ergo vana quæris, & foitè cum detimento animæ & conscientiæ tuæ, quæ in morte deserturus es? vide ne id circa te, bonaq; à te in vita amata, fiat, quod factum circa opes

gemmasq; cujusdam Prælati Gallici, qui in morte eas sibi præsentari jubens, manuq; constringens, illud protulit. Hæc quæ paravi cujus erunt? quô dicto, afflictum, æternitati forte non bonæ consignavit Spiritum. *Bavaria in sol. die 4tâ.* An non tu tuis amicitiis, eruditioni, scientiis, cum damnō Spiritus, cum regularum transgressione conquisitis, dicturus es in morte? hæc quæ paravi cujus erunt?

4. Philippus 3tius Rex Hisp: moribundus protulit: Nihil confert Regem esse, nisi, quod in morte cruciat fuisse. *Engelgr: Dom. 4. post Pentecos:* Hinc instrueris, quomodo officia tua in Religione tibi data, agere debeas: ita nempe, ut moriens gaudias te illa tractasse, non verò de ipsis habitis dolere cogaris. Perpende quomodo te in illis gesleris, & ait moriens dicturus non sis: Nihil confert me Religiosum, Scholasticum, Professorem Catechistam, Missionarium &c. existisse, nisi quod in morte cruciat fuisse. Hæc omnia ad mortis judicium quod optimum est, judica & corrige.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

Mors, colluctatio adversus Principes tenebrarum. In hoc sensu intelligitur locutus fuisse Apostolus Paulus,

F R V.

F R V C T V S.

1. Ultimum instans vitæ, arena est, in qua cum diabolo de corona gloriæ æternæ certabitur. O quot astibus & assultibus, miser morientis impugnabitur animus? ab illo qui juxta e: 12. Apoc. descendit ad nos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet, quo si victoriam perdit, tempus bellandi tecum, teq; sibi subjugandi, amplius non habebit. Vide ne tunc succumbas; sperare poteris victoriam, si dæmonis astus, te ac virtutem tuam impugnantes, in vita vincis; quodsi ipfi nunc faciles das manus, vide quam facile tunc vincendus eris, ubi, tam multum illi aderit de vi ac dolo contra te, quam tibi parum erit de animo resistendi hosti illi, cuius suggestibus sanus & vegetus facilè consensisti.

2. Res arduæ raroq; fieri solitæ, nunquam immo actu bene fiunt: diu nos privatim probamus, priusquam eas in publico faciamus. Nihil tibi tam rarum quam mori, nec enim aliquando moriebaris; nihil tam arduum quam mori gloriose & cum victoria diaboli. Ergo dum vivis, in hac carnis dæmonisq; victoria bene & frequenter te exerce, ne, quando id in conspectu cœli, animam tuam vetricem expectantis & ad certamen spectantis, agendum erit, extremè erres.

3. Si alicui, qui nunquam jaculatus est

ponatur ex una parte corona offerenda tanquam Regi si bene ad metam collimaverit, deturq; illi tempus, quo artem jaculandi discat, putas, tempus id, alteri rei impenderet non jaculandi exercitio? certè totas esset in hac arte ediscenda, in qua error aut peritia, tanti illi constaret. Vitæ tempus est datum ad artem jaculatoriam ediscendam, quā directi si bene ad ultimum terminum collimabimus, dæmonisq; vires ac astus in morte debellabimus, sumq; æternitatis diademate coronandi; si in hac re exerrabimus, æternūm arturi in flammis stygiis sumus; & aliis negotiis, non verò huic arti tam summè necessaria nobis, & tempus & vitam impendimus! O si id facimus, quām facimus stulte.

4. Comes Elzearius, qui in seculo & castius & perfectius vixit, quām à plerisq; vivatur inter Religionis claustra, huic certamini in morte cum dæmone cōmissus timuit, horribiliterq; inclamavit: magna est vis dæmonis; brevi tamen post, antiquā cordis malaciā potitus, paciū redditus, piā & devotā meditatione passionis Christi. Aldgunda, ad extremum vitæ tempus cum dæmone conflctas, vix à spe & fide suo Sponso Cælesti data, non defecit, nisi à Christo specialiter adjuta fuisset. Tu verò de victoria tunc, fidis? Ah time; ut gunc dæmonem semel vincas, te emq;

umq; hic semper vince, ac pro extremo certamine S: Angelum Custodem, quotidiana devotione tibi associ. Gratiis Divinis modò bene utere, sive quarum auxilio, contra dæmonis tentationes in morte nihil proficies.

P V N C T V M III. V E R I T A S.

Mortis momentum, momentum est à quo pender æternitas. *S. Augustinus.*

F R D C T V S.

1. Mors, momentum est ultimum vitæ, & res est exigua; sed primum æternitatis; & res est immensa! O momentum decisivum vel gloriæ nostræ æternæ in Patria, vel interminabilis miseriæ in illo lachrimabili infernali exilio; quam deberes continuo nostræ obversari memoriarum, & tamen, quam parum, quam frigidè de te cogitatur! Eniteris evadere magnus Theologus, eruditus Orator, & de hoc assiduò cogitas, sine interruptione in hoc occuparis: ut sias DEI hæres, Cæli beatus incola, de hoc quam frequenter cogites, quam studiosè cures? vide.

2. Sub iœnu securis Divinæ o homo arbore vitalis, uno momento cedendum tibi sub hac securi; at quò cades? sive ad austrum æternitatis beatæ, sive ad aquilonem deplorandæ damnationis cecideris, ibi semper manen-

dum erit ! cum possis nunc tibi providere lacum, sitq; in manu tua eligere , cur non eligis ? Cur non provides cum bono usu Gratiae , meritorum incrementa ?

3. Dicebat s̄epe in animo suo Divus ille Abbas Elias : tria timeo , egressum animæ ē corpore, severitatem examinis , sententiam Iudicis . *Rufin: in H̄st.* Hæc omnia tria, de se gravissima , uno sunt tractanda tecum momento, unico instanti morieris, absq; spe corrigendi errorem si exerrabis. Vbi semel morieris, eodem instanti præsentaberis distrito Iudici, nec lachrymis placabili, nec ullis precibus exorabili. In eodem puncto audies sententiam , qua declaraberis vel Filius DEI adoptivus cum jure ad bona ipsius omnia, vel mancipium diaboli , cum jure ad omnia ejusdem mala ; & tamen hoc momentum nō times ! & cum te , tuas cogitationes & affectus impendas vilissimis negotiis, huic negotio momenti æterni eas non dabis ? Semel tibi per pontem supra puteum abyssi positum satisq; angustum transeundum est, transeundum in nocte umbraq; mortis horrida, transeundum sine fulcro auxilioq; eorum, quorum gratia, hic cum iactura Gratiae Divinae nitebaris . Vx̄ tibi si tunc aut pes exerret, aut caput vacilleret. Dirige ergo bene gressus modd, in via mandatorum DEI, ut tunc sine lapiūs périculo, ad æternitatem incedere possis.

DEI

D I E I Q V A R T A

Hora Considerationis

P R O P O S I T I O eadem.

1. Pleraq; sunt, quæ ab aliis inculpabili-
ter aut omittuntur, aut fiunt; à te nihilomi-
nus, qui specialiter in DEI servitium conse-
cratus es, sine nota & peccato, aut fieri, a-
ut omitti non possunt. Cur id fiat, si quæ-
ras? Respondebo: DEVUM, ea quæ à secul-
laribus non exigit, à te exigere posse, ob su-
premium quod in te habet Dōminum; rati-
one cujus multa imposuit hominibus sub po-
na peccati, ideo solùm quia voluit; ut pat-
tet in vērito, fructūs Arboris scientiæ, esu:
Sicut itaq; abstinentia ab illo pomo, sub præ-
ceptum ac obedientiam cadere poterat, ita
plures actus aut eorum omissio, qui nonnisi
ad majorem perfectionē spectant possunt esse
materia præcepti, obedientiæq; DEO debi-
tæ, tibiq; sufficienter per Divina Lumina in-
timata. Imo nonnē ipsam perfectionem,
exactamq; in omnibus fidelitatem à te DĒVS
exigere potest? potest haud dubiè, & quod
illam exigat, tot instinctibūs, fortibūs cor-
dis impulsibūs, extraordinariis illustrationibus
id intimat. Poterisne huic ejus exigentiæ
non respondere, in hac materia te ipsi infide-
lem præstare, & gravius aliquomodo culpa-

bilis non esse? Ad tantum Lumen cæcutire, tam claro meridie ad p:tram scandali impingere, ad tam fortē Et vocem obsurdesce-re, tam suavi ac crebræ attractioni, inurbā-nē resistere? Crede, non poteris, quin gra-vioris ingratitudinis ac culpæ notam incar-ras, tuq; puritati, tanto statui in quo exi-stis, debitæ, fœdiorem labem inuras. Et tam-n id fecisse, quām tibi ordinarium fuerit? vide, & deplora,

¶ 2. Grandis, DEO incumbit cura, ex qua-dam fidelitate assumpta, animam Religoli quæ totam se DEO dederat, tanquam preciolam suam hæredatatem, sibi integrè conservandi, hoīiles insultus, quib; hæc arx Divinitatis im-petitur, reprimendo; & ne inimicam Di-vino honori peccatum, arcem hanc intret im-pediendo. De hac anima, illud apud Iuliam C: 26. dictum: *Vrb: fortitudine nostræ sion sal-vator, ponetur in ea murus & antemurale.* Hæc est illa vinea à D:O plantata, cui altam se-pem posuit, ne inferni vulpes astutior, ejus vites circumfodiat, aut vultur rapacior, dul-ces ejus botros auferat. Hac merita, hic sanguinem, hic oculum semper intentum, hic bracium forte, continuis instructum auxiliis dirigit, ne alieni, fructus animæ no-stræ, per vota D:O unâ cum arbore conse-cratos, diripient. Tanta D:El diligentia ani-mæq; nostræ cura, coné tantum fine assu-mpta,

pta, ut à gravioribus solum noxis, illoq; nēvo, quod a peccato depurari non potest, sic expedita? minime. Conatus hic, quem in nobis omnino integrē conservandis, per frequentatas illustrationes, instinctus, auxiliaq; adhibet, sicut differt ab eo, quem facit circa animas personarum secularium, ita denotat, eum velle religiosas mentes non à peccatis solum, sed etiam à quibuscumq; defectibus, depuratas esse. Et licet suum hunc circa nos laborem diligentiamq; nobiscum partitur, tamen id quod est magis principale ac arduum, suarum partium facit nostrarum, id quod facilis, inde quod omni prorsus difficultate caret. Dum ergo ille brachium suum admovet, tu digitum non movebis? ut te ab his deordinationibus, per quas ab ejus sanctitate ac voluntate (quæ regula est omnis rectitudinis) difformatis, defendas. Ergone, Arcem hanc animæ tuæ tantâ DEI cura custoditam, D E O pernitus, imperfectionibus occupandam concedes? Turpe & enorme crimen, si miles, arcis per te munitæ, contra honorem Principis, dominium hosti tradaret at turpius enormiusq; si id faciat tunc, dum labore ac vigilantia ipsius Principis, arx illa custoditur. Tu, imperfectionibus, si non peccatis te addicens, hac per fidi militis imaginem, adumbraris: At adumbrariné voles? nec grave reputabis, si ejusmodi imperfectio-

nibus; in tanta circa te animamq; tuam.
DEI cura, in posterum succumbes? corrige apprehensionem & vitam.

3. Finge, Seraphinum nescio quo casu, eō infelicitatis ac miseriæ devolutum, ut earum imperfectionum defectuumq; quos tu leves vocas, obnoxios sit, imò illis aliquando succumbat. Tali nota puritatem ei debitam maculari, levē putares? non profectō; sed plenus admirationis, oculos in eum velut in quoddam Angelicum monstrum intenderes. Ecce? ideo credo, quod rem hanc indignam tanto lumine, quo mens ejus radiat, tanto amore, quo cor ejus flagrare debet, judicares. Ita proportionatè judica de illis vitiolis ac imperfectionibus, in secularibus personis haud notari solitus, dum in Religiosis, DEO per vota concretis reperiuntur. Nihil enim, defectuosum, est parvum omninoq; leve in illo, qui supra vulgares hujus seculi animas, specialibus gratiis ac lumine est dotatus, qui videt quantum DEO sic in se liberali ac benefico debeat, nec ejus instinctui ductuiq; contravenire aliquando potest, nisi cum affectata convictæ conscientiæ, ad id, ad quod inordinato affectu fertur, determinatione. Ita est Religiose, gratia hæc copiosa illiusq; lumen, & judicat & monet te, ne credas modicam esse labem illam, quæ animæ tuæ velut auguitæ DEI Sponsæ, inquinat puritatem.

Sequere consilium Ecclesiastici monentis, ne minimum tolerari ab ingenuo debere quod gloriam ejus obscurat. Gloria animæ tuæ, est status ille sublimis in quo positus es ad serviendum DEO & exactius & fidelius: defectus, quos in anima tua leves putas, ejus gloriae labem inspergunt, teq; ab Angelis, ceterisq; fidelibus servis D. E. I., degenerare faciunt. Cave itaq;, eos, modicum quid dixeris. Vita ut graves, si hos à quantò magis obligaris vitare peccata, in quæ tam facile fortan laboris, quia judicio tuō putas, esse leviora. Vide quomodo tibi aliquam imputabis bonitatem? Si illi summo Bono ab omni defectu depurato, tibiq; ad amandum sufficientissimè per Lumina proposito afficeris defectuosè; defectibus liberè in te conservatis, si non libenter procuratis? levitas hæc tua, injuria D. E. I. optimi est. qui perfectè à nobis amari estimariq; vult. Quod si injuria est, nec levitas dici potest, quam gravius Cælum censurabit.

MEDITATIO III.

Iterum de morte.

Praelud: eadem.

P V N C T V M I.
V E R I T A S.

Vigilate. quia nescitis diem neq; horam. Matt: 25.

F R V

1. Sicut certa mors est, sic parirer incertum, ubi, quando, & quomodo morieris. A re tam incerta, tua pendet æternitas, & id uti debes non consideras. Si quis ex aletactu, aut ad coronam, aut sub ensem destinandos esset, sortis illius incertum casum, putasne expectaret ridens, genioq; insolenti, indulgens. O quam stultum esset tunc risui & inptæ latitiae servire, cum oporteret Iachrimis & devotis suspiriis, lapsum illum aicæ, à quo penderet felix aut misera conditio, impeilere. Tibi, omni horâ ejusq; momentô, de manu mortis, sors obvenire potest, æternumne beata an semper infelix ignoras; & horas earumq; momenta, parum consideratus, ac ad æternitatem nihil prorsus attentus expendis.

2. Datus ad excubias miles, nec tempus quo hoīs irruet, sciens, noctem invigiliis exigit. Tibi incognitum, quandonam mors, tuam vitam debetatura, animamq; in prædam bonæ vel malæ æternitatis raptura veniet. Seronē an mediâ nocte, an manè; & obdormis vitamq; tuam incurius agis?

3. Christus Apoc: 3. monet: *Veniam ad te tanquam sur, & nescies quâ horâ veniam.* Et ne mors mala velut latro, innopinatò irruens, domum illam beatam, Christiq; meritis nobis in Cælo fabricatam suffodiatur, omnem

fe-

felicitatis nostræ supellecitem sorripiat; parum aut nihil attenditur. Temporalis supplex ne furis aut latronum malitiâ pereat, custoditur diligenter; opes æternæ, periculo exponuntur, nec earum jactura timetur!

4. Quot summi Principes Christiq; Vicarii intra breve tempus, improvisâ morte vitam terminarunt! minus uno anno vixerent. 42. Pontifices, unum semestre dignitatis suæ non compleverunt 23. unum mensem, 12 in folio Papali non durarunt; cur id DEO sic disponente factum? audi Petrum Damianum ad Alexandrum II. scribentem ep. 17. Idcirco hoc cælestis iudicii ordo disposuit, ut humano generi, mortis metum incutiat, & quamdespicienda sit temporalis vita gloria, in ipso gloria principatu ostendat. Addam ego. fecit id DEVS in Pontificibus, ut ex eorum casu doceret mundum, quam incerta & improvisa mors hominibus ingruat. Casus hæ fatales, melius innotescere non poterant, quam ex Pontificum exemplis. Soles mundi sunt, eorum eclipsis tenebræq; facilè omnibus innotescunt; timereq; id, quod cū illis commune habent, scilicet posse mori tam facilè quam minus sperare, faciunt.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

Mors quam improvisa ac incerta, ut visum tam facilis ut ostendetur, FRV-

1. Quid, vitæ nostræ, fulmina metuimus; aut pestibus ferroq; hostili eam subducimus? debilior est, quām ut ipsius interitus, ferro c^egeat. Vnā, pīscis spīnā suffecit ad tollendam vitam Tarquini Romani. Vnus capillus eum lacte bibitus strangulavit Fabium Senatorem; unus acinus tūx passæ, suffocare potuit Pōetam Anacreontem; levi puncturā acūs, mori coacta Lucia Romanæ Muscam eāq; minūram cum aqua hausit Adrianus IV. Pontifex & mori debuit; evolve historias, plures easq; minores mortis causas, reperies. Age jam & dic: me hæc febricula non conficiet, hæc infirmitatula non enecabit, majore robore polleo; quām ut sub i^ctu levis morbi aut causæ illius, cadam. Sicut te non volo in vita conservanda delicatum, ita nec in contemnenda morte, temerarium. Poterant pleriq; levioribus interfici casibus, tu tibi præfidis? Time semper mori, aut potius omni momento exspecta mortem, ne vitæ præfides, aliquando incautus moriaris.

2. Absit causa moriendi ab extrinseco, favet cæli temperies auræq; bonitas, adsint omnia exteriora fomenta vitæ servandæ necessaria. Tuné hisce habitis, es vitæ securus? minimè; si casses morris in quas velut avjs incidas, ab extra non vides? at hamo intra te sumpto, tanquam pīscis à morre caperis.

Au-

Audi Ecclesiasticum c: 9. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur homo. & sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore male. Reagunt in te alimenta, dum tu in illa agis, sicq; tibi fiunt pabulum, ut simul fiant, hamus vita perniciosa.

3. Mortis cunas intra te portas, seu, vita tua mortem generat; fluxa est, & quibus spirat momentis, exspirat vita nostra. Huic momento, quo proloquor, aeternum morior; si nobis natura est continuo mori, mori quomodo erit difficile. Et cur dicimus: non est prudenter sperabile ut in his vel illis circumstantiis moriar. Semper in parte vita moreris, ut semper ex toto mori possis; insperabile prudenter putas ne erra, tam facile vivimus quam morimur homines; immo morimur facilius; minus ad defieri quam fieri requiri, experientia probat.

4. Putas vita tua stamina esse aurea? aeterras, ferrea haec fila sunt, que de se rubiginem generant quam consumuntur. Non cedrus, que vermetum non patitur, sed arbor verminosa est homo; humoribus contrariis velut verme interno exeditur. Ab extra si virent omnia, ne crede colori, intus putredo est pulvisq; fatalis.

P V N C T V M III.
V E R I T A S.

NVlla major temeritas, quām incertis even-
tibus committere se ipsum. S. Chrysost.

F R V C T V S.

1. Incerto Medico, de quo times, ne tuæ
vitæ magis noceat, quām prospicit, sanitatem
tuam non committis. Navem, de qua time-
tur ne ob structuram minus aptam, naufragium
patiatur, nemo prudens concidit: Domo de qua prudenter dubitas an casura
non sit, excedis, ne illius mole obruaris. Et
bene gnarus, quām sit incertum vitæ tem-
pus, emendari nunc statim non vis, salutēq;
animæ, in periculum conjicis, nec circa il-
lam, juxta certissima principia fidei, sed jux-
ta tua opinativa & fallibilissima operaris!
Quanta hæc tua foret amentia! eam cor-
rige, nec mortis præparationem differ.

2. Tempore brevissimo habere emensim
vitam, & tamen illam sibi polliceri longam,
stultum est; at stultius, quod de se breve ve-
loxiq; est, ut pereat ut transeat velocius: & ta-
men arbitrari à termino distare se multum.
Brevis enim & nimis velox vitæ nostræ cur-
sus. Rectè Job ait c. 9. Dies mei velociores fu-
erunt cursore. imò non pedibus, sed equo in-
citato venit mors. Audi Ioan: Apoc: 6 qui
sede-

Sedebat super equum nomen illi mors: insuper ut currat, hoc equo velocius, stimulos & calcaria addis peccando. Neq; enim erravit Paulus 1. Cor: 15. Stimulus mortuū peccatum. Sie agens putas te longūm vivere, vitamq; seriūs emendare posse? Si in casu horūm incerto, sic opinari etis prudentem te non dicerem; quām audacter te appellabo amentem, dum contra certam experientiam, fideiq; infallibile principium, sic posse fieri opinaris?

3. Etati viribusq; præfidis, ac ex his: te à morte multum distare conjicis? ætas viresq; incertum principium ex quo inferri debeat mortis distantia; de morte dictum: gladium suūm vibravit, arcum suūm tetendit. Senes quippe, mors ense è vicino impedit; at juvenes robustosqué qui in fuga confidunt, à longe arcu ferit & occidit, itaq; nec ætati, nec viribus crede, & in re tam incerta, saluti tuæ quām primum consule. Dic cum Chrysostomo. Intravi in mundum tali anno, tali die, exibo de mundo nec scio quando & quomodo! ingressurus sum interminabilem æternitatem, at quam, illamnē beatam an deplorandam? ignoro; de bonis in vita tanto studio procuratis quæ mecum portabo? Non plus hinc mecum feram, quām veniens in mundum intuli. Nudus; egredius sum de utero Matris meæ, nudus revertar. Sola merita, aut demerita ad tribunal

Judicis mecum stabunt, ut pro illis, vitæ vel mortis audiam sententiam. si mihi nunc moriendum esset, quæ me sors tangeret, nescio, neq; enim rationes conscientiæ perspectas bene habeo. Pudet tam inconsideratum in negotio tanto, quanta est aut salus æterna aut damnatio interminabilis, vivere. Pudet vivere sic securè, quasi in meis manibus esset mori tunc quando vellem, vivere tam temerariè, ac si post mortem nihil boni sit quod sperare, nihil mali quod timere debeam. Nunc ergo melius vivere incipio, mortemq; statim præparo, ne veniens, imparatum me reperiat.

DIES QVINTA M E D I T A T I O I. *De Iudicio Particulari.*

Prl: 1. Imaginare animam tuam à corpore separatam, coram Christo Crucifixo sisti; ut ipsi reddat rationem villicationis suæ, seu omnium operationum suarum, in corpore gestarum: Gratiarum item ac auxiliorum ejus, quibus abundabat, ad meritum æternitatis beatæ.

Prl: 2. Pete gratiam agnoscendi severitatem Iudicii Divini, exactumq; ejus processum, ut illud salutariter timere incipias,

PVN-

P V N C T V M I.

V E R I T A S.

Statum est hominibus, semel mori, post hoc autem judicium. D. Paulus ad Hebr: 9.

F R V C T V S.

I. Omnium terribilium, terribilissimum est mors, juxta Philosophum; juxta Christianum, Fide Divinâ illuminatum, hoc terribilissimô, est adhuc magis terrible, Iudicium DEI. Facto animæ abscessu, corpus manebit exsangue; omnibus, etiam carissimis amicis odibile, togâ quæ erit magis attrita, vestitum, tumbæ in quâ pulvis & cinis deviat, inclusum; super tinea, velut culcitra depositum, vermibus autem desuper cooperatum. Sic corpori nostro, cui fovendo, cuando, tantô studiô deservitur, prædicit Isaías: *Betracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum; subier te sternetur tinea, & experientum tuum erunt vermes.* Fient, dum ducetur ad tumulum, lugubres campanarum sonitus; sed & memoria hæc mortui peribit, unâ cum sonitu. Acclamabitur deposito ad tumulum cadaveri, Requies & Pax. Et vere in pace erit locus ejus, si facta inter animam DEVMI; pace, mortuum fuerit. At si non in hac pace decessit, respondebitur de Cælo: *Non est pax impiu dicit Dominus.* Isaiae: 48.

G 2

Hæc

Hæc misera corporis conditio: Sed longè illa miserabilior animæ, quæ in illo ipso loco, in quo à corpore separabitur, videbit erigèti tribunal Christi; ubi nullò adjuta Patrono in assistentia Angeli velut testis, & Dæmonis tanquam accusatoris, timens & tremens præsentabitur districto Iudici Christo: qui veniet, non ut Pater misericordiarum, ad subveniendum, sed ut DEVS ultionum, ad summendam vindictam peccatorum. Tunè credis ò anima mea, D E V M tuum futurum Iudicem; quem tam facile & quidem in oculis ejus contemnis, & ad iracundiam provocas? Responde Salviano Episcopo non minus Sancto quam docto: quomodo credere te D E V M futurum tuum Iudicem dicas; apud quem nullus est despectior, quam ipse Iudex? Iudica, an bene, tota cura in vita, datu corpori in cineres dissolvendo, vermibusq; in escam projiciendo? & negligitur animus, ut in Iudicio, æternitatis coronâ inveniatur dignus: aut expolitur quidem, sed eruditio ne, non virtutibus, ad vanam laudem hominum, non æternam, Angelorum. Vide quid hic tibi emendandum, & corrige.

2. Quò major est DEI, respectu peccantis, nunc clementia; eò intolerabilior, dum dies Iudicis ejus venerit, futura est ira. Insinuavit hoc Paulus ad Rom: 9. **D E V S volens ostendere iram suam, sustinuit in multa patientia**

Quan-

Quanta vi (si conscientiâ convinceris, & te non corrigis) velut rupto aggere, igneus ille vindictæ flavius, à facie judicis, contra te ibit? cui tantum, ad vitæ melioratiorem, datum fuit tempus; & ad offensas DE, eusq; iram provocandam est imp nstum! metire ex hac quam experit. Clementia, futuram vindictam.

3. Si Philippi II. Hispaniarum Regis, contra duos insolentioris vitæ Aulicos, irati, obtutus tam gravis fuit, tamq; eos terreficerit, ut unum rationis usu, alterum vitâ privârit; teste Strada Decad. 2. quomodo animam tuam multorum ream, aspectus non terreficeret iudicis illius: cuius intuitus velut fulgor, oculi tanquam ignis, vivaq; flamma in vindictam accensa? Imago Crucifixi contra trecentos peccatores, iratos torquens oculos, sufficit ad eos, planè disinimandos; quid non fieri, dum ipse Christus, non in Cruce humiliis, sed in throno gloriosus, iustitiaeq; sue tribunal occupans, stabit contra peccatricem animam, oculis vultuq; toto iram spirans: manusq; non clavis confixas, sed gladio vindictæ armatas exhibens? Ah quam merito miser animus, tunc ex Iobi c: 14 illud acclamabit. *Qui nō iōi hoc tribuat, ut in inferno protegas me,* donec pertranseat furor tuu. Time modò, tam justè severum, tam severè iustum iudicem; ne post mortem, cum timeas, tam horrendè quam inutiliter.

P V N C T V M H.

V E R I T A S.

SI iustus vix salvabitur, impius & peccator ubi
parebunt? 1. Petri c. 4.

F R V C T V S.

1. Creditur Ioannis Climaci testimonio, sed non magis fidem, quam admirationem meretur, illa ejus Monachorum eximia mortificatio; quorum aliqui erecto corpore oculisq; in cælum fixis, totas stabant noctes, alii teminudi, pluviis nivibusq; expositi sub frigido ac tempestuoso cælo vigilabant; nonnulli intra glaciales aquas collo tenuis demergabantur: nonnulli volutabantur inter altas nubes. Omnia autem, dapes erant panis & aquæ; lectus, terra durior, & cervicalia, petræ. Hi tantarum mortificationum viri, Iudicioq; DEI jam vicini, à suis sodalibus, interrogati: quid agis frater? quid ait de te ipso? quid respondebant? erant aliqui, qui dicerent: Benedictus DEVS, qui non dedit nos in manus inimicorum. Sed nec deerant, qui tristi gemitu, dubium salutis suæ eventum prodebat, dicendo: vix animæ illi, quæ non fervavit, professionem suam, hæc enim hora sciet, quid illi paratum sit? Ergone extenuatus jejuniis, arrosus ciliciis, aditus caloribus, attritus durâ humo, glacie ni-

vibus.

vibusq; rigescens, ad Iudicium iturus, vñ
animæ sñæ, inclamat, & quid sibi in æterni-
tate paratum sit, nescire se dicit? Et tu re-
ligiose, mortificationum fugiens, non solùm
ad necessitatem, sed frequenter ad delicias te-
cibans, majorem vitæ partem, super mollem
culcitram somnô consumens, in tuis actioni-
bus non Christum, sed te, gloriamq; tuam
quærens, favēs tibi Iudicij polliceris? Qua-
lis te exspectet æternitas, ex horum metu
collige: ut bene tibi, in illa sit, hic mala to-
lerare disce non fugere.

2. Cyprianus sanctitate vitæ illustris, mar-
tyriō illustrior, cervicem suam pro Christo
victimam sub gladium portat; & tamen Iu-
dicem, coram quo comparitus est, timet,
ac cum dolore inclamat: Vñ mihi, cùm ve-
niā ad Iudicem! Vñ Cypriano, ejusq; cer-
vici pro Christo cœsæ, Christi fidem & vo-
ce oris, & voce sanguinis confitenti? Et cer-
vici tuæ superbæ, quæ jugum Divinæ legis
sæpius forte excusit, nec Christo in ejus vi-
cariis, subiecta esse voluit, quale erit vñ, dum
coram Iudice sistetur? Age, sub potenti DEI
manu nunc humiliare; si vis, ne te mucra Ju-
sticiæ Divinæ, dum tempus Iudicij venerit,
ferias.

3. Revolve mente historiam efficissimi lu-
ctūs, dolorisq; publici ut dicit Climachus de Ste-
phano Monacho; cuius sanctitas, tanta fuerat,

ut in vita multis rarissq; prodigiis illustrem
cum fecerit. Hic jam morti Iudicioq; vici-
nus, coram adstantibus, ad dœmonis sibi tan-
tum visi objecta nonnulla, sic respondebat:
Ita est. sed hoc peccatum quod objicis, non
né tot annorum jejunijs a me expiatum.
Ad nonnulla reponebat: in hoc quod objic-
cis, mendax es; nunquam tali criminis, ani-
mam meam contaminavi. Ad quedam di-
cebat: Et hæc commisisti me, fateor: at mul-
tis longisq; lacrymis ea delevi, actibusq; cha-
ritatis erga D E V M &c proximum, frigidita-
tem meam in obsequio D E I, compensavi.
Erat unum, quod illud nescitur: tale tamen,
quo mirabilis ille virtute & prodigiis Mona-
chus, in dubium de Iudicii sui eventu congi-
ciebatur. Ad quod sic respondit: In h. c.,
quod dicas, deliqui; nec quod accusationi
tuæ opponam, habeo, præterquam Misericor-
diam D E I. Itané sanctitas viri insolita, ac
in terris prodigiosa, nescit quid de se futu-
rum sit? an vocanda sit ad coronam? an
ut defectuosa, mittenda in gehennam? &
tua vita defectibus plena, in servitio D E I
frigida, non factis prodigiosis, sed reprehen-
sibilibus nota, qualem sibi Iudicem promit-
tit? quid innumeris accusationibus opponet?
Misericordiam D E I? at vide, si hanc mere-
ris; qui Iustitiam Divinam quotidianijs iisq;
forte gravioribus defectibus provocasti. Ita
vive,

vive, ut misericordiam merearis. Miseria tua, et si est non modica, saltē non sit malitiosa, si exspectat, à DEI Iudicis misericordia, sublevari.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

Confusio faciei mee cooperuit me, à voce exprimantū. Psal: 43.

F R V C T V S.

1. David Rex Sanctus qui Gratiae Divinae iusta correspondit, ut dicere ausus fuerit: *Lex tua in medio cordū mei;* & tamen exprobrationem Divinorum beneficiorum, usumq; malum Gratiae, coram Iudice DEO timet. Faciem exprobrantis non dam videt; & suam, contumie cooperit! quid tibi fieri? qui inter flammas amantis te DEI, friges: in mari beneficiorum ejus, siccum cor habes: à cuius parte ratus stat cumulus ingratitudinum, quantus à parte DEI spectatur cumulus Beneficiorum. Expende hæc beneficia DEI, usumq; eorum; illiusq; recordare: *cui plus datum plus requiretur ab eo.*

2. Philippi II. Regis Hisp: Bassano Duci, quibusdam beneficiis Regiis ingrato, facta exprobratio illa: malè tu pro beneficentia in te mea, mihi gratiam rependis; tantum potuit; ut illi subito animos latitudinamq;, intra-

paucos verò dies, etiam vitam ademerit. *Strada Decad: 2.* Aliquot Regis terreni subirati verba, tantam vim in DuceM illum miserum habuerunt; ut vitam eripuerint: quid fieri, dum te in Iudicio suo stantem, & ingratitudinis convictum, Rex cœli in furore suo arguet, & in ira sua corripiet?

3. Vocem unam increpantis DEI, si nemo sustinet; quomodo sustinebis, dum contra te, tot buccis, quot plagis pro salute tua toleratis intonabit Iustitia DEI? Sanguis protinus fusus, vulnera amore tui suscepta, loquuntur amorem meum erga te; quid plus desiderare aut exspectare poteras à D E O tui amatore? his cruciatibus tui causâ toleratis, purabam me luceratum fuisse gratitudinem tuam? & ô quam ingratus fuisti? Audire istud; quid est, nisi tot fulmina, quot verba accipere? Mater, quæ in somnis comparentis filio, ante Iudicis DEI tribunal stanti, exaggeravit: Hoc ciné est salvare animam in Religione, cuius ingressum, tot à me, preceibus extorsisti; sic tepidè, & cum Regularum, si non Legis Divinæ transgressione vivere? ita multum, exprobatione illâ, potuit incorrere filii; ut vigil factus constituerit in animo suo, ferventius servire D E O; quod etiam executus. Et vulnera Christi, contra te, ingratitudinemq; tuam clamantia, non te corrigit? non in te tepido, fervorem spiritus

accen-

accident? non te ad strenuam perfectionis conquisitionem incitabunt? Audi quæso nunc vocem hanc sanguinis Christi, cum fructu; ne postea audire cogaris cum confusione, & damnatione animæ tuz. Dic: si hactenus non feci, at faciam post, Iustitiam tuam Domine, à Iudiciis enim tuis, timui.

MEDITATIO II.

De Iudicio Generali.

Pral: 1. Imaginare, te stare in valle Iosaphat, ubi cum aliis judicandus es. Item, illum terræ motum, quo omnia ruent, illud incendium, quo flagrabunt universæ.

Pral: 2. Pete Gratiam, ut timeas fructuosè hoc Iudicium DEI.

PUNCTVM I.

VERITAS.

Cæli autem qui nunc sunt, & terra, eodem verbo reposita sunt, igni reservata in diem Iudicij, & perditionis impiorum hominum. S. Petrus in Ep: 2.

FRUCTVS.

1. Omnium ut dicit idem Petrus, interitus veniet: at quando? dum eum minimè cogitabunt, timebuntq; homines. Adeò, inconsiderata hominum oblivio, aut causa ruinæ est, aut comes. In illis ipsis tuinam-

cav-



causat spiritualem; temporalem omnium rerum ruinam, si non causat moraliter, saltem comitatur. Temporibus Nde*o* interiit diluvio mundus, hominibus minimè ad hunc interitum attendentibus, aut de eo cogitare voluntibus. In fine mundi, dum æquè ad alia attenti, ac nihil casui ejusdem intenci erunt, veniet Dies Domini, tanquam fur, aut potius velut ex insidiosis latro^s, terraque concussa, accenso àere, in ictu planè oculi, cuncta aut disjiciet aut incenderet. O quām te oportet consideratum, tibiq; semper attentum esse! Deplorasti fortè sepius, ruinam spiritus tui, factam non aliunde, sed hinc: quod tui oblitus, ad alia te extendebas. Oculos itaq; semper in te intentos habe; si nec modò, interitum spiritus pati vis, nec tum, morale sentire, dum physicè, tota hac mundi moles, corruet.

2. Dum hominis Iudicium veniet, terram exalumq; flammis plectenda esse, dicit Apostolus. At cur hac, irrationalibus creaturis ingruerit pœna; quarum nulla fuit, potuitq; esse culpa? Respondet Gregorius: In cunctis delinquimus, in cunctis feriemur. Ea peccati malitia, ut pœnam non in hominem tantum, sed in ejus quoq; bona, quorum à DEO factus Dominus, usq; ad peccandum est abusus, extendat. Res, hoc simili sic illustrior: Princeps si à longè veniat, ac de sua sponsa,

sa; quod fidem honoremq; lecti meritalis
 laſerit, cognoscas; iram, non ſolum contra
 ream criminis Personam, ſed cōtra ejus quoq;
 gemmas, monilia, ceteraq; ornamenta, que
 ſuo ſceleri ſubſervivere concipit. Omnia
 hæc lacerat, diſcerpit, inrendit. Pariter
 DEVS animatum noſtratum ſponsū, quas fi-
 bi in ſanguine Filii ſui deſponsavit, ubi vi-
 derit eam amorem ſuum ſibi debitum, fidemq;
 datam fraudalle, ac poſt ſuas concupiſcentias
 iuille, vindictam non in animas tantum in-
 juriouſas, at reliquas omnes creatureas, quarum
 aliquæ hominum ſuſtentationi, aliquæ orna-
 mento, omnes autem (eorum malitiā) deſer-
 vierunt peccato, exercebit, honoremq; ſuum
 flamini acribūs vindicabit. O peccati hu-
 mani virus, quod, mundum enecat. Homo
 peccans, in cauſa, quia univerſum ruet! Re-
 ligio tua, mala multa perſecutionemq; pati-
 tur; Regnum in quo degis, vix non extre-
 me ruit: vide, ne tua peccata incauſa ſint.
 Aleris munificentiā Benefactorum, ut oran-
 do, vivendoq; religioſe, commune bonum
 promoteas. Si illud, vitâ tuâ nec sancte,
 nec religioſe traductâ in diſcriben conſicis;
 pro tam enormi iuſtitia, grave iudicium
 time.

3^o Itanē eſt de fide, omnem mundi pul-
 chritudinem, magnificentiam, totumq; id e-
 quod in eo, vel voluptati ſervit, vel honoris

aut utilitati, ignibus absundendum, unoq; momento annihilatum esse? O si ita de rebus mundi est futurum; quam stultus sum, si eas quæro, ac neglecto aeternō bonō, cum DEI injuria, perituriis hiscē bonis afficio! Si recte sapio, ago potius DEO gratias; quod me à irundo instar Gomorrhæ & Sodomæ arbore, submoverit; priusq; mori, quam in rationibus, ad mundum me iterum retrahentibus, contentio.

P V N C T V M II. V E R I T A S.

Canet tuba, & mortui resurgent. 1 Cor: 15:

F R V C T V S.

1. Quid tubā canis ante te, dum aliquid gloriōsē agis? tubæ te illi serva, ad quam eò gloriōsior resurges, quod hic vives humilior. Tuamnē laudem in die Iudicii, coram DEO & Angelis, hæc buccina insonabit? Vide, an vanus, vanam pro aeternum duratura, gloriam non receperis. Imò opera tua consule, quæ te sequenur, quænam sint? talianē, ut ad tubam Angelicam cani mereantur? sic vive, ut vitam non horis, sed laudabilis factis distinguas; quibus, Angelorum præeonium debeatur.

2. Tuba insonabit, & subsilient de sepulchris

chris corpora; parine cultu & habitu? quam
dispar hominum vita, tam impar corporum
spectabitur tunc habitus. Corpora, quæ af-
flicxit cilicium, gravavit catena, emaciavit je-
junium, florebunt adinstar lili, lucebunt ad
normam solis, gloriæ & honore vestita; at
nutrita in deliciis, vestita mollibus, gravata
dapibus & crapulâ, prodibunt è monumen-
tis fœdiora. quam prodeant ex speluncis
dracones; ulceribus undiq; scatentia, flam-
misq; infernalibus cincta. Tuné abhinc mor-
tificationem fugies, cui vides tanta servari
præmia? Planta lili aut tulipæ, non antè in
florum excrescit elegantiam, nisi priùs in ter-
ra mortificetur ac conputrascat: nec tuum
corpus resurget in gloriam, si antè mortifica-
tum non fuerit. Blandire si placet carni,
permitte ut quiescat, vesatur, vestiatur, non
ad necessitatem modò sed ad delicias; & non
advertis, voluptatem, matrem esse, quæ cor-
pori tuo æternos dolores, cõtemptum, enor-
mem deformitatem progenerat.

3. At, quid eo temporis, quo sibi reuni-
entur, loquentur inter se corpus & anima?
Audio & horreo vocem hanc infelicitis animæ.
Heu miserabile corpus, quod ut integrè de-
licateq; servarem, æternum perii; cruciabor
perennius, quia temporaliter cruciare te no-
lui, tua sensualitate sic volente; fueras mea
culpæ illicium, justum est ut perseras, una

mecum, æternum supplicium. Reponet miserabilis caro animæ deponenda : Maledictum me vocas ò anima ! te potius maledictam vocabo regere me dehveras non perdere. Si ego fui ad instar insolentis brutis at tibi frænum non deerat, ratio scilicet quod meos appetitus moderareris; non id; quod mihi voluope, sed quod utriq; tibi videlicet & mihi salutare futurum erat, eligendo. Ambo peccavimus, ego afficiendo, tu ad id; quod lege Divinâ cautum erat, consentiendo, ambo patiamur; tibi si tua tormenta abundabunt, nec mea mihi deerunt perenniter toleranda. E contrario, beata anima, quam blandè gloriosum alloquetur corpus, quam carus invicem eorum erit amplexus, quæ gratulatio, mutuaq; latititia, dum experientur leves in vita cruciatus, breves contemptus, æterno honore, cælestibusq; deliciis compensari facilius est cogitare quam eloquiri. Tu animæ corporisq; qui tunc erunt affectus, ex vita tua conjice. Ita nunc ratio sensu imperet, ne sensus & caro infelicem animam unâ secum in flammas præcipitet.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

Exibunt angeli & separant malos de medio illorum. Mat. 13.

FR

FRUCTVS.

1. Patere malos; non semper cum illis futurus es. Sinistrè de te loquuntur, opinanur; aderit tempus, quo tu, Angelorum obsequiō & testimoniō in dextrā ponēris, illis in sinistra collocatis. Ut dextram merearis, Vide ne te circa alios, sinistrè habeas. Insuper in dextra percussus, & sinistram, percussioni exhibe. Hoc est: si animam, quæ dextrā potiorq; pars est tui, peccando lēsi-
sti, nec sinistræ, id est corpori, inferiori tuæ parti, parce. Sed culpas, condignâ satisfa-
ctione, satispassioneq; elue. Vel ut placet
aliis, malis potius, tibi auferri omnia tem-
poralia, quam vel minimum in spiritualibus
detrimentum pati. Sic demum, dexteram
in Iudicio DEI mereberis.

2. Quas partes à se separabunt Angeli, nec tota æternitas unquam coniungeret. Quis do-
lor Correligiosorum, si videbunt alios ad de-
xtram ire, se verò ad sinistram deputari?
una illos Religio aluit; iisdem regulis mode-
rata est; iisdem mediis ad Finem Salutemq;
provexit: at non una eademq; æternitas ex-
cipiet omnes. Quantum prodigium, duos,
eandem viam inire, & tamen videre quodd
unus Hierosolymam, alter Babylonem perve-
niat. An non tunc, stulti illi & reprobi,
illud Sapientis cum dolore dicent: nos insen-
-
sati,

sati, vitam illorum estimabamus insaniam, videbamus humiles, & velut abjectos despeximus; advertebamus in sui instituti observatōne delicatos, & tanquam indoctos, vanoq; scrupulosos, judicavimus; experiebamur eos, superioritati, in omnibus obsequentes, & ve-
luti timidos risimus. Et ecce abjecti, scru-
pulosi, indocti, timidi, modò coronantur; nos
audaces, in prædam morsusq; æternos, ca-
nibus stygiis damur; cum nostra scientia,
profundo judicio, in baratro infernali, flam-
misq; demergimur. Te Angelus tuus in qua
parte ponet ignoras; si modò exspirares, de-
beresné sperare partem cum bonis optimam;
an cum malis, timere pessimam? vide. In
vita tua Religiosa, ubi honestè operandum
est, multùm aude. At aude parùm, imò ni-
hil, ubi contra institutum, faciendum. Ne
dicas: parùm est, si hæc vel illa regula vi-
oletur; ex hac violatione facilitatur homo,
ut rationis regulam transgrediat. Obser-
vatori Regularum delicato, præstò adest Gra-
tia ad observandam Legem Divinam, quam
sequitur æterna gloria.

D I E I Q V I N T Æ

Hora Considerationis

P R O P O S I T I O.

Defectus natura suâ parvi, in Persona D E O

consecrata sunt graves, quod ostenditur ex parte DEI.

1o Id quod non parum displicet DEO, cave parvum dixeris. Defectus autem & imperfectiones in Religiosis Personis, DEO displicere non modicum, sic evinco. Mensura displicantia malorum & imperfectionum, in aliquo subjecto repertarum, est amor erga illud subjectum. Quo enim magis in aliquam Personam amore inclinamur, et indignius, & cum majore inquietudine videntur ea mala defectusq; quos illa patitur; minus autem turbamur, videntes aliquem a suo bono deficere, malisq; involvi, in cuius amorem, minore propensione inclinati sumus; idq; ex eo, quod huc delicata magisq; sensitiva alieni defectus malivè apprehensio, crescat ad proportionem amoris quo in eum ferimur, de cuius malo sic dolemus ac inquietamur.

Amor autem DEI erga Personas per vota sibi consecratas, quantus & summum esse ne dubita: An non naturale omnibus, rebus ad se jure speciali pertinentibus, affici magis præ illis, quæ nobis sic strictè obligatae non sunt, nec arctâ proprietate ad nos pertinent? Religiosus, dum se omni jure fortunarum, corporis, voluntatis, intellectusq; sui per vota abdicat, totus in proprietatem DEI transit, seq; in possessione ejus, tam-

arcta constituit; ut DEVS rebus circa ejusmodi homines adjacentibus, corpore, intellectu, voluntate, tanquam re sua omnino utatur; ita ut si ipse homo, vellet illis uti velut suis, usus hic esset furtivus & sacrilegus. Si itaq; Religiosi, tā proprii DEI, efficimur, amari ab illo nonnisi plus aliis, qui DEO tam strictè obligati non sunt, non possumus. Si plus aliis amamur; plus DEVS sentit, & ut sic loquar inquietatur, dum nos defectu aliquo morali, laborare videt. Ne ergo imperfectiones, si quib; scates, levēs puta, quæ non leviter ut vides, DEO dispicent. O quantum, displicantæ inquietudinisq; Divinæ, objectum hactenus fuisti! cogita. Numerā si potes defectus tuos, imò peccata, tu scis an non graviora; & hinc mensuram displicantæ Divinæ sume. Ut te in posterū, objectum complacentiæ Divinæ constitutas, cure. Curabis, si ab imperfectionibus, animum tuum depuraveris.

2. Amor estimativus, tantò magis prælativus, facit, ut sicut actiones honestæ à subiecto estimato & sic à nobis prælato magis appretiantur, laudeq; ac præmiō digniores apparent; ita operationes à regula honestatis, ac bonitatis moralis deficientes, videantur majore vituperio ac pœna dignæ. Probat rem inductio; magis quippe apprehendimus si à viro docto ac prudentiā summā ornato

nato, verbum otiosum audimus, quām si idem ex ore mīndī docti prudentisq; prolatum audiamus, idem de aliis judicium esto.

At Religiosi sunt illi, circa quos D E V S appretiativē ac prælativē se habet. An non prælatio est, tot aliis in massa corrupti seculi relictis, eos de mundo ad se vocare, vitamq; eorum vitæ IESV Christi, tanquam ideæ perfectissimæ conformare? An non prælatio, à servitute seculi ereptos, in DEI servitio, tot aliis in mundo neglectis, nos constitui, illudq; nobis dici: *servus meus es tu, in te gloriabor?* An non prælatio, reliquis ad tenebras mundi cæcūientibus, proinde à recta via, quæ dueit ad terminum deflectentibus; nos inter Filios Lucis ponit, viamq; quā securè ad vitam pergitur, & clarè videre, & tutò premere? Quid dicam de appretiatione Religiosi? D E O nulla victima & quæ est caræ, atq; libertatis. Si homo totum mundi pretium D E O literat, nihil ipsi dat, si suam sibi libertatem servat; dat omnia, dum hanc immolar. Hinc est, quod cæteris in homine bonis prætermisſis, cor à nobis exposcat: ubi libera voluntas tanquam in regia sua collocata, cæteras actiones passionesq;, animo liberè imperat. Religiosus, totam libertatem suam, per vota D E O immolat, quām appretiata igitur à D E O est victima! Si ita à D E O appretiamur, cæterisq; præferimur,

quaneum, illi, defectus, quos leves dicimus, lance Divini Iudicii & stimati ponderabant & gravesq; in nobis, licet forte leves sint in aliis, fieri? Apprehende quod dicitur, & caye.

3. Nemo tam graviter apprehendit, si aut corpus caloris capax, non ita calefiat, dum ab igne est remotius, vel vitrum non benter sum, solaribus radiis non sic imbuatur, ut solis vicinia ac communicatio exigit. Dignum siccum igni approximatum & tamen frigens, crystallum optimè tersam, objice remoto soli expositam, & tamen lumine aut planè non, aut ægrè imbutam, gravem in omnibus id spectantibus, apprehensionem pariet. Pariter cogita, sub modicam aut nullam apprehensionem cadere, si homines mundani à DEO ita affectu elongati, quam innodati sunt huic seculo, in DEI servitio frigeant; si hæc vitra non tersa ac imperfecta, DEVM solem suum, moribus ac vita integritate non referant. At grave est cogitare, Religiosum à mundi cura, solicitudine, periculis, occasionibus, quæ in seculo ad peccandum inveniuntur, velut impedimentis ad igniendum, submotum, DEO tanquam Igni consumenti vicinum esse, & tamen non ignescere, ac depositis imperfectionibus subjecti prioris, in DEI Ignis sui naturam, aliquomodo per imitationem non transire.

Cris-

Crystallus polita, omnium aestimatione censeri
esse, eaq; cui DEVS Sol tuus, præ aliis
fecularibus, magis se per sua lumina com-
municat, & tamen in pulveribus quotidiana-
rum defectuum sordescis, nec lumen hoc,
tuis peribüs refers, nihilominus leve putas
quod agis? corrige imaginationem & vitam,
nec pro levi habe, quod DEI prudentumq;
aestimatione, leve non est. Anima à D E O
in servitium suum assumpta, tot donis ac
communicatione bonorum Divinorum cumula-
ta, (nec enim DEVS, se liberalitate vinci
sinit, aut minus de se donat, suo donatori)
speculum DEI est, in quo DEI sanctitas re-
lucet. DEVS omnium imperfectionum de-
fectumq; expers est, DEV M ergo, quisquis
Religiosus putari vis, vitae puritate refer; si
in hoc deficis, non DEI speculum, sed mon-
strum horrendum dici mereris. Ne dicaris; mi-
nus defectus tibi fortè agnatos. Tantum
de similitudine D E I perfæctissimi habebis,
quantum curæ adjicies ad imminuendas im-
perfectiones tuas, in quibus a propria con-
scientia notaris.

MEDITATIO III.

Continuatio Materiæ Iudicij.

Pralud: cadem.

H 4

PVN-

P V N C T V M I.

V E R I T A S.

*Videbunt Filium Hominiū venientem in nubib⁹,
& mittet angelos suos, Marc: 13.*

F R V C T V S.

¶ Christus ad Iudicium in nubibus descendens dicitur, non ut velamen nubis inter suum Tribunal, tuumq; factum interjicit; nuda enim sunt eruntq; omnia oculis ejus: sed ut doceat, se in Iudicio suo Personas non respicere, condigna seu p̄mia meritis, seu supplicia demeritis parare. Nubes quippe res vilissima nec respectu digna, proinde ut medium, à Iudice personas non respecturo, pro sede accepta. In te quis affectus? Personas forte, non earum facta, aut astimas, aut depretias. Disce à Christo Personarum respectu non laborare, facta uniuscujusq;, de scipis astima, laudaq; apud te, si laudem merentur; si non, nubem pone, nec earum vilitatem, publicā, aut privata censura reve-la. Nubem, veniens ad Tribunal Christus sibi obtendet, ut sicut olim in Areopago iustitiā illustri observatum, & ipse tecum faciat. Nubis sypario tuac obtegenda est facies, ne forte miserabili fletu tuo, ad misericordiam flectatur. Ergo illi diei lacrymas non servas; Iudicem in nube venientem, illis non

mo-

movebis. Rebus beneq; gestis confide, quæ
soia, apud iudicem, suum respectum meren-
tur.

2. Præibunt iudici, omnes Angeli optimo
ordine dispositi, ac pulcherrimo corpore, ut
loquuntur passim Patres, vestiti; ut Majestas
Iudicis & iudicij exhibetur melius omnibus,
Cruxq; illa ipsa, in qua mortuus Salvator,
præferetur velut labarum. Cur? ut tibi
consteret ex Cruce, re apud te mundumq; vi-
li, Christo in iudicio, omnem majestatem
pompamq; constitutam. Elige hic abjecta,
quæ tibi in cælo, in coronas speciosas gem-
masq; perpetuo exercent. Labarum sub
quo Christus veniet, Crux est; ergo ut te
tuum socium militemq; in iudicio agnoscat,
sub Crucis vexillo milita, & libenter & ge-
nerosè. Illis tantum in cælo disponuntur
præmia, qui sua stipendia, sub Crucis signo
merentur. Tunç in adversis miles invictus?
Vide ne cedas malis, alijs præmio apud iu-
dicem excides.

3. Ad Crucis aspectum, testatur Evange-
lium fleturos omnes. O lacrymas, omni-
um quidem uberes, sed non eadem causa ex-
citatas! In justis causabit fletum lætitia exor-
ta, non solum ex Cruce conspecta, velut sa-
lutis sui instrumento; sed ex eo quoq; , quia
videbunt crucibus suis breviter toleratis, luc-
cedere immensa gaudia, infinitosq; honores;

at reprobis excutiet lacrymas irremediabilis dolor; tum, quod meritum Crucis in se eva-
cuaverunt, tum quod à Cruce Christi, tem-
poraliter utiq; portanda fugitivi, ad aeternos
in seorum cruciatus, sunt deducendi: ut tan-
dem verum sit, quod unus è Sacris Doctori-
bus protulit: qui non flagellantur tempora-
liter cum hominibus, flagellabuntur aeterna-
liter cum dæmonibus. Tu Crucem hanc a-
spicies, plorabisq;; at qualib; lacrymis? an
ex gaudio abortis, quia sub Cruce Christi in
terris militans, jam coronandus es in cælis?
an ex dolore implacabili expressis, quia, cru-
cifi ci cum Christo in vita renitens, crucian-
dus es post hanc vitam perpetuò cum da-
emonibus. Si Christum hic sequeris, sequi-
vè vis à judicio redeundem in Cælum; tolle
crucem tuam, & abnega temetipsum. Ab-
negare quippe, est non solum id non dicere
quod non es, sed dicere minus quam sis.
Qualis in hac parte fueris? vide.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

arcum meum ponam in nubibus. Gen: 9.

F R U C T V S.

¶ Christus in Iudicium descendens, effor-
mabit in ære arcum suum; sed non pacis ac-
cederis, verum illum, de quo Psalm: 7. arcum
suum

suum retendit & paravit illum; in eo paravit rasa mortis. Tibi arcus hic poterit esse arcus pacis; si pacem cum DEO & proximo amaveris. At quantum hanc amasti? ama, tuisq; bonis affectibus ad DEVUM, tanquam ad signum collimas; & arcus, qui malis futurus est vas mortis, tuo in Cælum ingressui fiet triumphalis.

2. Approximat⁹ terræ Iudex mundi, ita ut ab omnibus spectari audiſq; possit, sedebit supra arcum suum ut loquitur Ioannes. At quā formā? non illa boni Pastoris ovem perditam quārentis, & inventam, humeris suis in ovile cæleste deportantis. Veniet non ut Pastor dulcis, ovi erranti clementiam exhibitus: sed ut Pastor iratus, eam lupis infernalibus, ad devorandum consignaturus. Tu cave te decipias, Pastoremq; bonum, semper Christum, à cujus mandatorum institutiq; via aberras, & non justum Iudicem aliquando imagineris. Reductus es sæpius, sinuq; dulci Pastoris hujus receptus, n̄ te serio corrigis, veniet tempus, at quod, ignoras: quō, perditam te ovem proclamabit, à suoq; gremio ac grege Electorum, exclusam, perire cum haedis, faciet.

3. Positus super arcum velut tribunal Christus, assumet sibi Assessores, seu Cojudices. Apostolos scilicet, eosq; qui in vera paupertate tam rerum quam spiritus, castitate & obe-

obedientia, viventes, Christum sunt secuti.
 Aderis in hoc iudicio religiose, at judicatu-
 rusne cæteros, juxta favorable Christi asser-
 tum: an ab aliis hisq; plurimis tecum in Re-
 ligione simul viventibus, iudicandus? si id
 tecum futurum est? quanta tua confusio!
 dom palam mundo fiet, te non ex animo,
 sed ex ueste solùm, Religiosum fuisse! quan-
 tus dolor, non solùm honorem iudicis ami-
 siss, sed insuper rei personam, flammis æternis
 addicendam assumpisse! Vive statui tuo cō-
 digne, si illum horrendum iudicii diem, af-
 securate tibi desideras, personamq; non iudi-
 candi sed iudicaturi sustinere.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

Nihil est opertum, quod non revelabitur. Matt: 10.

F R D C T V S.

1. Id, quod olim Benedictus, militi Per-
 sonam Regis sui Totilæ, vestitu singenti di-
 xit: depone fili, depone quod geris, nam-
 tuum non est. Et Christus, omnibus illis,
 qui simulata virtute, magna tegebant vicia,
 non tam dicet quām faciet. Detrahet fictæ
 sanctitatis laryam, & qualis quisq; fuerit,
 mundo ostender. Patebit illa in scholis do-
 cendis, laboris remissio, in templis irreverētia,
 in conversationibus libertas, Missæ auditæ sed
 sine

sine devotione, factæ meditationes, aliæq; preces, sed cum affectata distractione, conciones frequentatæ, sed studiō proficiendi in eruditione non spiritu, confessiones usurpatæ, sed sinè emendationis proposito, communiones habitæ, sed absq; debita dispositione. Quanta erit illius confusio, videre omnia sua scelera in aperto esse, quæ nec sub arcano confessionis sigillō deponere audibat! Sed & quantus timor? Si in Angelis justisq; suis repe iet Iudex pravitatem, quid de nobis multum reis fiet? an non dicemus tunc cum Gregorio Magno: quid faciet virga deserti, vbi concutitur cedrus Paradisi? aut quid in Babylone tutum, si Hierusalem manet scrutinium?

2. Vbi cognita erit omnium conscientiæ ratio, procedet Iudex ad terribilem illam, nam mortis æternæ decretivam sententiam dicitq;: *Dicendite à me maledicti in ignem aeternum.* Matt. 25. Trutina singula verba: *Dicendite à me, quām horribile dictum!* in æternum removeri à fonte omnium bonorum, quid est, nisi ingredi statum, omnium malorum aggregatione constitutum? Flebant Discipuli Pauli, in verbo, quod amplius non essent visuri. Quis horum misericordum ejulatus, quibus intimabitur æterna carentia visionis beatificæ: in qua fundatur omnis felicitas, quā si privamur, æternū mi-

miseri sumus! Absalon, inter epulas ac Musicas, quibus illius domus abundabat, luxit quod faciem David Patris sui, ad tempus non videret. Cogita quantum lugebunt hi, qui non sunt visuri DEVM in eternam, sunt assuti in igne illo devorante, quem omnibus solatiis privati, quam omnibus miseriis pleni. **Maledicti.** O maledictio! quae superat omnes maledictiones, & continet omnes miseras. Maledicti ab homine sanctitate conspicuo, si multis intolerabile fuit, quid erit maledicti a Principio & causa omnium Benedictionum, DEO? sola hujus maledictionis recordatio, ita semel toto corpore concussit illum in terris Angelum Ludovicum de Ponte, ut illa conuulsione, parietes cubiculi sui commoti tremerent, cum horrore vicinorum ab utrinque habitantium. Revolve & tu mente saepius, hanc terribilem sententiam; & te in salutari timore contine. **In ignem.** O quis poterit habitare in igne devorante, cum ardoribus sempiternis! **eternum.** O eternitas penarum, quam sis tremenda, quis te intellectus comprehendet? ego quia te non capio, non in Eurippum, sed in cor Christi tanquam Misericordiae oceanum, me demergo, non magis illi devotus, quam de meo fine timidus. **Paratum Diabolo.** Homini enim, DEVS in Crucce moriens, parabat salutem non flammarum, O flammarum vel ex eo magis cruciaturam, quia

quia cùm evitari facilè, ab homine possis,
per calcatum Christum ejusq; merita in te
incident, suss passionib; excæcati homines.
Tu, ne unus ex talibus sis, vide.

3. Tam funesta Iudicis sententia, suc-
cedet illa felicissima, & quæ exsiliare faciet cor-
da Beatorum, sententia: *Venite Benedicti Patru-
mei.* subsiste in singulis verbis & cogita. Si
Franciscus, diluvium dulcedinis in corde suo
senserat, ab Angelo, solùm prædestinationem
sui ad gloriam, revelatam sibi habens: quan-
tā lætitia ac dulcedine exultabis, si tibi con-
tinget ex ore ipsius Iudicis, tibi Iuvavè arri-
dentis, audire illud: *Venite Benedicti.*

4. Iudex sententiam proferet, & Angelus
tunc inter applausus gratulationesq; sinu suo
te recipiet, calumq; Patriam suam & jam-
tuam indigitabit dicens: *Respice Sion civitatem
solennitatis nostræ. Isaïæ 33.* Quantum tibi, hæc
audienti, hæc spectanti, erit gaudium? Con-
fer utramq; Iudicis sententiam, quarum unâ
juxta Augustinum nihil horribilius, nihil ju-
cundius altera. Tu quam audies? ut bona
audias, obserua doctrinam Thomæ Kempen-
sis: In omnibus rebus respice, qualiter ante
districtum Iudicem stabis? vel juxta Sopho-
niæ consilium, resonet in corde tuo, dies il-
la tribulationis & angustiæ, dies tubæ &
clangoris. Fac, quod Nobilis Hispaniæ Fa-
milia de Rhon dicta, faciebat; tubam scilicet
sem-

semper secum in armis ferebat, cum illo lenitate. Nos de Rhono, semper incedimus cum hoc sono. Tu quoq; ante oculos, in omni actu tuo, habe illam ultimæ diei tubam. Non es sanctior Hieronymo, & tamen ille de se loquitur: quoties diem illum considero, toto corpore contremisco: sive enim edo, sive bibo, semper resonare videtur auribus meis tuba illa terribilis. Surgite mortui venite ad Iudicium.

DIES SEXTA MEDITATIO I.

De Inferno.

Pral: 1. Imaginare tibi in centro terræ, regionem vastam, igne & fumo sulphureo plenam, ubi damnati in igne, velut pisces in mari habitant, unde exire vellent, & tamen nunquam sunt exituri.

Pral: 2. Pete Gratiam, in imè penetrandi cruciatus illos infernales; ut si amore non duceris in amorem DEI, & odium peccati; saltē timore inciteris ad serviendum DEO, & detestationem peccatorum tuorum.

P V N C T V M I. U E R I T A S.

Per quæ quis peccat, per ea &c punitur.

F.R.P.

F R V C T V S.

1. Optimum Chrysostomi dictum: nemo eorum, qui gehennam ob oculos habet, incidet in gehennam. Quare, exemplum Antonii Patavini, tibi vivam Inferni imaginem sibi repræsenta, illiusq; cruciatus sensibüs delibas quos nisi nunc prægustando evitaveris, eorum te societas in æternitate miserabili exspectat. Quia vero oculi, sunt quasi prima peccandi instrumenta, &c velut quidam Duces ad delinquendum; hi, ô quantum ericiabuntur? tum tristi illo igne, non pli lucis habente, quam ut sit opus ad repræsentanda infelicitatis illius statu objecta: tum sumo intolerabili, de quo Apoc: 19. *Plangent cum viderint fumum incendi ejus.* Augebunt hoc oculorum tormentum infelices Angeli, qui ut sua mancipia tractent crudelius, horribilium spectrorum assument formas. Cujus Job meminit cum dixit: c: 20. *venient super eum (puta damnatum) horribiles.* Triste illud, quod de nobili Sabaudio refertur: hic repertam in adulterio uxorem cœgit, ut suam manu procum infelicem de trabe cubiculi suspenderet, quam etiam cubiculo illi inclusit, tantumq; de sicco pane ac aqua, suppeditavit, quantum sufficere potuit, ad anni unus sustentationem; lumen insuper domicilio illi, murō fenestræ interjecto planè ade-

merat totum; nisi quòd per foramen tenuē
in fenestra relictum, tam modicū transiret
luminis, quantum opus erat ad videndum.
fūnēstū illud cadaver, ē trabe pendulum.
Tu nīsi oculos tuos frōnas, ad stygiam flam-
mam non plus videbis, nīsi horribilia eorum
objectorum, spectra; quæ tuos oculos con-
tra legem DEI oblectabant.

2. Auditus, te ad peccandum inducit? sepi-
aures tuas spinis, nec eas illicitis crede; ali-
as, tormentis, aures infelices para. O si in-
fernalis carcer fabricatus fuisset ad instar il-
lius, Dionysii Tyranni carceris, cujus superi-
or superficies, auris speciem præferebat, per
quam ejulatus incarcatorum audiri poterāt,
urbemq; totam perterrefacere. Si inquam
sic infernus fuisset fabricatus, audiens infe-
licium infernicolarum ejulatus, clamores, den-
tium stridorem; agnolceres, quām verè sic
dictum: Matt: 8. ibi erit fletus & stridor den-
tium, ploratus & ululatus multus, lamenta-
tiones & vœ & sonitus terroris semper in-
auribus impii. Antonius ille insignis dæmo-
num triumphator, deficibat præ timore,
dum circa speluncam suam audiebat dæmo-
nes jam rugire cum leonibus, jam mugire cum
tauris, jam cum lupis ululare. Si clamores,
bestiis quibus insvevimus, proprii, à dæmo-
nibus tamen usurpati, Antonio horribiles ac
intolerabiles fuere, quid erit, dum clamor
infer-

inferni proprius, ab infinito planè dæmonum
damnatorumq; numero excitatus, aures mi-
seras feriet! Hi tamen omnes, erunt suavis
musica respectu earum maledictionum, quas
in se, suos progenitors, & quod summum,
in ipsum DEVM evoment illi infelices, do-
loris ac desperationis vi, in rabiem acti;

3. Odoratus si tibi aliquando peccandi de-
dit illicium, contine illum ac terre, à lon-
gè eum fætorem, quem stygia cloaca exha-
iat, subodorando. Hæc illa terra infelix
est, de qua Ezechiel prædictit: c. 32. *Irrigabo
terram fætore.* Vnius damnati halitus, teste
Mendoza, certo Religioso, apparentis, tantum
fætuit, ut præ illo fætore Religiosus ille sta-
tim, post illum verò plures alii, mori debu-
erint, claustrūq; illud à nemine unquam po-
tuerit habitari. Plus asserit Bonaventura,
dum dicit, quodd unius damnati corpus fœ-
tidum, ex inferno extractum, ac in superfi-
cie terræ positum, fætoire quem exhalaret,
sufficeret, ad universum peste inficiendum.
Vnum damnati corpus, è Doctoris sensu,
orbem inficeret? quid erit, tot corporum
fætorem è vicino odorari? & tamen verum
est illud Psal: 48. *sicut oves* (hoc est nimis si-
bi conjuncti ac vicini) *in inferno positi sunt.*
Et illud Isaï: 34, *de cadaveribus eorum ascendet
fætor.* Ne de te, hujus Prophetæ dictum il-
lud: erit pro suavi odore fætor, verificetur;

mortifica hunc sensum tuum. Imitare nostrum Sánchez, qui nunquam florem odorari voluit.

4. Gustus aliquando te seduxit? ne te post decipiatur, famem sitimq; æternam, illi commemora. Sitis ac fames tam acre inferni tormentum; ut dives ille Epulo, cæterorum cruciatus oblitus, siti soli sedandæ, stillam aquæ togaverit. Pòësis in illo infelici Tantalo ad Stygem damnato, nullius tormenti meminit, licet multa adessent, præterquam sitis & famis. Zeno Imperator, sepulchrō inclusus, ut famis tormento mederetur, suas edebat carnes, sorbebatq; sanguinem: at quanta hæc in inferno mala, fames & sitis? Audi Job: c. 18. exardescet contra eum sitis. Dapes si quæ sunt, non aliæ nisi: fel draconum, vinum eorum; & venenū affidam insanabile. Deut: 32. & Ierem: 9. ego cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eū aquam sellū. Crede Scripturis, & gustui contra legem Divinam non indulge.

5. Tactus toto corpore extensus, tibi, aliquando peccandi materia fuit? ô ne illum posthac mulce, aut ei blandiare. Crede, tantum illum in inferno habiturum tormentorum, quantum hic fuit in deliciis. Alios eosq; innumeros ejus cruciatus ac instrumenta eorum non commemoro. Solum ignem nominō. Tota supplex damnati, ignis: domus,

mus, cibus, lectus, sedile, potus, ignea sunt.
 Vniuersusq; halitus, ignis erit. *Spiritus vester*
ut ignis vorabit vos, Isaiae 33. Igne tanquam
 veste induendos esse, docet textus Iud: c. 16,
 dabit ignem in carnes eorum, ut urantur & senti-
 ant usq; in sempiternum. Imò & in animas, in
 quas vi elevatā ager: ut docet Fides. At
 glacies, spiritus procellarum, virgæ, serpen-
 tum morsus, mucro ex utraq; parte acutus,
 affligen quoq; damnatos, ut in diversis lo-
 cis habet Scriptura? Assentior, sed juxta Hiero-
 nymum, omnium inferni cruciatuum, ignis
 unicum erit instrumentum. In uno igne,
 inquit ille: peccatores, omnia supplicia sen-
 tiunt in inferno. O ignis! ô acre corporis
 tormentum! ad tam horæ partem, digitum
 in ferro ignito nemo sustinet, quid erit igni
 æterno totum hominem cum omnibus tam
 internis quam externis partibus animaq; i-
 psa, in escam dari! & tamen juxta Iai: c. 9.
 erit populus quasi esca ignis. Afflige hic carnem,
 exquisitâ mortificatione, ne affligatur ibi, ubi
 juxta Thomam de Kempis, totamq; rationem
 Fidei, una hora erit in pena gravior, quam
 hic 100. anni in amarissima pœnitentia,

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

Eadem: per quæ quis peccat &c.

F R U C T V S.

1. Oblivione D E I gloriæq; æternæ, ad quam vocaris, peccas? corrigere; alias in memoria plectendus perenniter, quæ continuo in tota æternitate tibi oggeret, quid perdideras. O recordatio boni amissi, quam acre tormentum es! Si mille posat quis gehennas, nihil tale dicet, quod est à beata gloria excidisse, ait Chrysost. Esau perpetuo torquebat memoria venditæ primogenituræ pro vili cibo: quantum torquebitur anima, memor se ex Regno Beatorum excidisse, pro una voluptatula, quæ cum fumo evanuit. Recordari tot mediorum ad salutem consequendam facilium, & tamen videre, se salutem amississe, quam erit irremediabilis dolor! augendus haud dubiè illa notitia, quod tot alii illis mediis usi, quæ sibi offerebantur, vitam beatam sint consecuti. Viderat semel Aldeguda dæmonem sine modo lamentantem, quem cum ad causam tanti doloris dicendam adegitset: responsum accepit. se tam acerbè ideo flere, quod illuc Adæ filios ascendere consiperet, unde ille cum suis semper exulare cogitur. Hoc torquebatur dæmon; hoc reprobi sunt cruciandi; quia videbunt plurimos, celorum regnō potiri per ea media, quæ ipsi contempserunt. Et hic est juxta Bernardum vermis ille, qui non moriatur,

tur: memoria præteriorum, scilicet amissi immensi boni, aequisiti inexplicabilis mali, cui reparando nullum in perpetuum datur remedium. Hæc præteriorum recordatio, infernus est, ipsius inferni. Ita apud Huber-tum attestante damnato uno, qui illi apparēs, suum dolorem tali epiphonemate conclusit: Transiit mellis, (puta bonorum operum) finita est ætas, (tot scilicet mediorum & com-moditatum ad salutem obtinendam,) & nos salvati non sumus! Tu si in aliis rebus diligens, & cautus es; in hoc maximè cautus esto: ne mediis ad salutem, aut non utaris, aut abutaris.

2. Cura, ut tuus intellectus de rebus æternis earumq; statu, modò rectè judicet; nec transitura citò commoda voluptatesq;, æternis bonis præferat, aut perennibus malis, eorum privationem parem esse dicat. Si ita errat, quantum ejus tormentum erit, solum hoc, judicii lance expendere: momentaneum quod præteriit, æternum quod durat & cruciat. Æternitas comparatur Sphæra, & bene: hæc licet puncto planum tangit, totâ tamen sui mole, illud gravat: pariter æternitas, licet semper, novo nunc & nunc, cruciet damnatum, nihilominus totâ infinitâ illâ annorum & seculorum mole, misero quem torquet incumbit. Bene Eusebius: Etiam in præsenti sentiunt consequentium tormenta

ta seculorum. O vocabulum æternitatis infelicitis horribilissimum, quis te non timeat? quam bene dictum Habacuc: 3. incurvati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis, seu ut loquuntur Interpretes: Maximi Sancti in hac vita perterriti sunt, & contriti ad memoriam æternitatis immensæ. Et tu tam durus es filex, ut illius consideratione non movearis? Minima pena, immo id, quod homines recreat, tormentum sit ingens, si diu sit & quasi necessariò sufferendum. Heliogabalo intolerabile visum per 4 horas semper assisterè comædiis deberes; Fulconi nox una longissima ac intolerabilis credita; quam, uni incumbens lateri, expedire, in lecto licet molli debuit. Et æternitatem in flammis, in dæmonum damnatorumq; societate, in aggregatione omnium tormentorum vivere, o quam durum erit! Hæc tria cum Diva Teressia cogitat. Æternitas, semper, nunquam. Et in magnum cum illa, sanctum evades.

3. Appetitus voluntatis tuæ, sub te sint. Non hic velis ea, quæ debes non velle; nec ea nolis, quæ velle te oportet. Vita hæc, amoris erga omnes locus esse debet non odii; gaudii de omnium bonis non invidie. Perversa volitio nolitioq; tua si est? vide quam grande tormentum tuæ voluntati, in æternitate parit! Voles quod nunquam erit, noles quod nunquam non erit. At juxta

Gre-

Gregorium & omnem experientiam: nihil tam
pænale, quām semper velle, quod futurum
est nunquam; & semper nolle, quod nunquam
futurum non est. Pro gaudio de bonis pro-
ximi, invidiam tristitiamq; supponis? aderit
in æternitate, cordis tui tortor perpetuus, in-
vidia seu tristitia: dum videbis Beatos velut
Reges, æternitatis diadematæ coronari; te
verò tanquam vile mancipium, catenis infer-
nalib; ligatum, miserabiliter à dæmonे tor-
queri. Hæc unica invidia, ad car tuum
ossaq; exedenda sufficeret. Bene dictum Prov:
14. *putredo ossum invidia;* ò æternitas damna-
torum infelix, si dogma Fidei non esse sed
solùm esse commentum Platonis, aut proba-
bilis Philosophantium opinio, dubiumvē
Aristotelis; tamen in hoc dubium, ut sem-
per ardeat, semper torqueatur, si quis se cō-
jiceret, quām stultus esset! nunc quia Fidei
es oraculum, æternitas interminabilis tor-
mentorum; quām insipiens sum, si cautè non
vivo? & mihi id, quod ab Angelis dictum
Lotho, Gen: 9. non repetor *salva animam tuam.*
Ita mi DEVS salvare animam volo, quan-
tumcunq; debeat mihi constare salus ipsius.
Veniant in me tormenta dæmonum, & ad
peccandum pelliciant, pertrahant malorum
exempla, blandiatur sensus: omnia tormen-
ta sustineo, omnibus abstineo blanditiis, ut
evadam æternitatem malorum, & pænarum.

Tua Gratia mihi illud intonet, quod cuidam
intonasti: Aut brevis pænitentia, aut suppli-
cium æternum!

MEDITATIO II.

De Conversione Peccatoris ad DEVUM, eum Filio Prodigio.

Præl: 1. Pone ante oculos tuos, illum prodigum adolescentem, cum portione substantiæ suæ à Patre se elongantem, omnibusq; perditis, cum porcis quos pascet, filiis vescentem; tandem cognitò miserabili statu suo, redditum ad Patrem, cogitantem.

Præl: 2. Pete gratiam cognoscendi damna, quæ incurunt ii, qui elongant se à DEO patre optimo.

PVNCTVM I. *VERITAS.*

DEVS exspectat peccatores ad pænitenti-
am, nec vult ut moriantur, sed ut con-
versi ad eum, vivant.

FRVCTVS.

1. Quam diversa DEI miserentis, & ho-
minis peccantis consilia! homo, peccando
quantum ex eo est, DEVUM iustitiamq; ejus
vult perdere; DEVVS vocando curat hominem
ser-

servare, ac injustitiae ejus mederi. Homo dum in peccatis haeret, ad iracundiam DEU provocat; DEVS peccatorem, etiam tunc dum favore suo dignus non est, ad gratiam vocat, tuncq; oribus quot vulneribus serio clamat: *nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat.* Nec enim in promissione gratia, Misericordiaq; exhibitione, homini peccanti colludebat, quando p. o ipso, ut vivet *cælo*, vitam ac sanguinem in Cruce dabat. O DEI sic benevoli, admirabilis miseration! sed magis miranda peccatoris miseria, si oblatam sibi gratiam, vitamq; recusat! Ut vivere posset temporaliter, daret homo totam substantiam suam; ut vivat spiritu æternaliter, ne quidem fundere vult lacrymæ guttam! Tu quidquid habes in substantia animæ cordisq; tui, da totum pro vita æterna, ad quam vocaris, DEO; qui ut ipsi sic vivas, se totum dedit datq; tibi.

2. Si DEVS Misericordia super aliquem è damnatis motus, revocaret illum ex inferis ad hanc vitam, in qua, suum debitum æternæ satispassione solvendum, temporali satisfactione exsolveret; quam alacriter & grata, putas, hunc favorem acceptaret? quibus lacrymis noxias suas non elueret? quam mortificatione carnem suam non attereret? quam diligentia, minimas quoq; DEI in se tam benigni offensas non caveret? tibi si peccasti graviter,

viter, debebatur gehenna. Audi S. Valerium: exspectabat nos reos gehenna, debitiss armata suppliciis. Vocaris ad pœnitentiam Gratiamq; DEI; & ad tam dulcem vocem obturdescis! ac favorem, tam tibi indebitum, quam summè utilem, ita ut in bonis tuis, nihil majus esse possit, acceptare tardas? putasne plus tibi conferretur gratia; si jam in inferno ardens ad illam vocareris? immo plus tibi nunc datur, quando tam liberaliter offertur gratia: quam misericorditer differtur infernus. Accipe nunc quod datur, ne DEV S post dare nolit, quod à te modò non acceptatur.

3. Ne dicas: modicūm adhuc mihi indulgebo, & postea mea peccata deflebo. Fallebis; à DEO recipi debent gratiae in tempore opportuno. Si nunc non emendaris, forte in æternum non emendaberis. Timet nec differre conversionem audet Augustinus; dum illud legit: *Pertransiit IESVS benefaciendo.* Vide ne tibi res cum DEO ita sit, sicut fuit Duci de Birone cum Henrico IV. Rege Galliar. Hic Monarcha, conscius delicti à Duce nominato commissi, vocato ad se offerebat gratiam, si peccatum contra Regem factum fateri vellet: quod dum pertinaciter negat, in carcere conjicitur, vidensq; se in vita periclitari, Regi supplicat, ut crimen quod ante negaverat, ingenuè confessuro,

gra-

gratiam & libertatem offerat. Sed frustra pe-
tent, responsum: Tempus venia, & tempus
vindictæ. Quam & executus Rex, demptō
illi supra funestum theatrum capite. Luges
infelicis hujus Dicis casum? consule tuo, &
ne incidas in tempus vindictæ, observa exac-
tè tempus gratiæ: ad Patremq; tuum DE-
VM optimum, à quo vocaris, cum filio pro-
digo redi. De quo, punctis sequentibus.

P V N C T V M II. V E R I T A S.

Filius à Patre portionem substantiæ acci-
pit, non post multos dies, abit in regio-
nem longinquam; dissipat substancialm suam,
adhæret uni civium, cuius porcos pascens,
cupid eorum siliquis ventrem implere.

F R V C T V S.

1. Si peccator fuisti, filius adolescentior es,
prudentiæ defectu ac temeritate insigni no-
tatus. Quid enim tam stultum ac temerari-
um, quam peccare, & in discrimen æternum,
salutem suam concidere? Accipis substancialm
à Patre tao optimo, etiam si peccator sis; Ô
quanta naturæ gratiæq; dona accepisti! nu-
mera si potes. Quot aliis negata, quæ data
sunt tibi! Quid non egissent alii, si haec do-
na habuissent, quæ tibi sunt præstata? & ta-
men, quid tu de illis egisti hactenus, ac
agis?

2. Ac-

2. Acceptis bonis, non post multos dies abiit filius à Patre: nunquid enim peccator, diebus multis abstinet à peccando? doma DEI si bonis sunt vincula, quibū p̄nes dātem DEV M tenentur; irreflexo & in peccatum prono, sunt ansa & illicium ad vivendum insolenter & dissolutē, ac cum ejus offensa, à quo sunt accepta. Proinde sic bonis Divinis abutens, abit in regionem longinquam, magnum enim, inter peccatorem, DEV Mq; chaos est. Nisi peccator esse desinit, totā æternitate, D E O conjungendus non est.

3. Discedens à Patre filius, perdit substanciali & fit egenus. Quid enim illo pauperius, qui DEV M perdit? Semper egenus est, qui nihil DEI habet, qui concupiscentias suas sequitur: concupiscentia siquidem, ignis est, qui nunquam dicit sufficit.

4. Vbi à Patre se removit ingratus filius, civiq; cuidam adhæsit; pascere porcos iussus. O permutatio! fit de libero servus, de filio bubulus, de hærede cœli, carnis mancipium, cuius porcos pascit hoc est sensualitatem, qui ad latus Patris existens, suō imperio carnem, ejusq; appetitus cōdércebat. Insuper cui delicatae dapes, Panisq; Angelicus in Mensa Patris non deerat, servus carnis factus, cupit vesci siliquis porcorum, puta voluptate sensuali, quæ magis ad bruta pertinet, quam ad hominem.

nem ratione præditum. Tua vita, an hac parabola filii prodigi non depingatur, vide; ac emenda, quod emendandum judicaveris.

P V N C T V M III. V E R I T A S.

IN se reversus prodigus, dixit: *surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi in cœlum & coram te: fac me sicut unum de mercenariis tuis.* Et surgens ivit ad Patrem suum.

F R V C T V S.

1. Infelix hic, sâ culpâ filius, mox DEI gratiâ futurus felicissimus, priusquam pœnitentiam suæ ingratitudinis scelerumq; concipit; primò ad se revertitur, seu statum suum miserabilem cognoscit. Adeò ad pœnitentiam salutarem, animæq; beatitudinem necessaria est cognitio sui intima. Plures non emendantur, quia à se, quinam sint non cognoscuntur: tuncq; maximi sunt, cum se putant minimos esse peccatores. Tu sèpiùs animum tuum inspice, nec in negotio salutis tuæ cœcuti.

2. Filius, factus pœnitentiâ melior, solis Propositis non contentatur; id quod animo concepit, subito exequitur. Surgam & ibo, dicit ille; en propositum! addit textus historæ: & surgens venit. en executio non dilata. Doceris: solis propositis neminem.

San-

Sanctum fieri: in his, si concepta vita emendatio differtur, afferatur. In moribus corrigitur, quam imaginaris, difficultas, crescit eò magis; quod amplius protelatur. Rumpe laqueos, antequam magis illis innoderis. Persuasionem illam pessimam: adhuc tam citò emendari non possum, corrigere illo Augustini dicto: Potuerunt hi & haec; & tu non poteris? cum quo & dic: cur non modò finis turpitudinis nescie?

3. Bonus hic pénitens, non se, sed Patrem querit, quantum est de illo, & filiatione & hereditate se privat, dum dicit: Non sum dignus vocari filium tuum; non vult ut domi paternæ, sic ipsi bene tanquam filio, sed se offerat ad labores mancipiorum pœnales; dummodo Patrem honoret, quem læsit. Ait enim: fac me sicut unum de mercenariis tuis. Tua qualis pénitentia! tenet ac cælum queris, quod amisisti, non honorem DEI, quem læsist? vide quid ageres, si cæli jactura sustinenda non esset? Esto Sanctus, non ut hereditatem capias, Sanctis preparata; sed quia hōc dignus est D E V S, ut hominum Sanctitate honoretur. Sancti esote, quia Ego sanctus sum, ait Ipse.

4. Eumne quem læsit, cuius substantiam peccaminosè absumpit, Patrem miser hic vocat? Ita est: si peccator, in D E O amittit Patrem, ab eo recedendo; Patrem invenit ad eum

eum accedendo. Vna lacryma veræ penitentiae, omnem injuriam ex memoria DEI optimi eluit. Vna pectoris tunctio debite facta, omnem offensam de corde Divino deterit. Christus non magis cordi habet Agnetem Virginem innocentem; Stephanum non corde tantum sed vultu quoq; Angelumq; quam Paulum, olim persecutorem Ecclesie, post, suæ gloriæ propagatorem; aut Magdalenam, ante, enormem peccatricem, post, ardenter sui amatricem: nec injuriarum ab illis factarum meminat; ita, ac si nunquam sibi illatae fuissent. Patrem se illorum vocat, omisso hōc, quod fuerit olim hostis. En & te exspectat in Cruce, Patris affectu, inclinatum habet Caput ad te osculandum, expansas manus ad amplectendum, apertum cor, ad amorem suum erga te testandum: ex sua Carne facit tibi epulum, ex Sanguine texit purpureum vestimentum, cæli Regiâ dignum. O si ita est, curre ad Patrem tuum, pedes ejus amplectere, & dic cum fiducia: Pater noster qui es in celis. &c.

D I E I S E X T A E

Hora Considerationis
P R O P O S I T I O eadem.

- I. O quantum constitit DEO, te sibi suοq; cultui per vitam Religiosam, specialiter

consecrasse ! quot de thelauro suo profudit
gratias , ut te suum cultorem in Religionē
lucraretur ? rejectus à te , ac in sua intenti-
one . (ut ita loquar) elusus non semel , non
destitit amore gratiisq ; suis te prosequi , do-
nec te velut optatā suā p̄z̄dā potiretur .
Iam sacris Religionis retibus inclusus , & ta-
men sylvam mundi animō repetens , vivebas
forte , veste quidem Religiosus , corde tamen
& affectibus secularis , voce & non morib⁹
tu⁹ vota profitens . Cor itaq ; DEI in te be-
nevolum , non te priūs per gratias suas ex-
citare ad bonum destitit , quām post repeti-
tas toties renovationes , id aliquando re p̄z̄-
stares , quod ore promiseras , Ieriō jam ani-
mō , & non ad speciem , Religionem tenens ,
moriq ; potius eligens , quām minimum us-
guem , ab eo , quod vovendo promiseras di-
scedere . Totus itaq ; DEI es , ejus curā ac
plenā amoris industriā , eidem comparatus ;
ita ut affectum animumq ; tuum ne mīni-
mē quidem ad creaturam contra ejus volun-
tatem , possis , seu potius debeas divertere ;
& quidquid DEO , ab illo te disordinando
subtrahis , subtrahis non sine ingratitudine
ac injuria erga DEVUM , sic in te munificum ,
quam tantō sentit gravius , quantō illi ut
fierēs perfectus , ac ab omni defectu depu-
ratus , constitisti carius . Ne ergo defectus
tuos leves puta ; in aliis , si , crini aut oculi
ictui ,

ictui, comparantur, in te, à DEO, (cui cùm omnibus tuis actionibus deberis specialiter,) notantur ut montes. Sed essent sanè in te modico crini comparabiles: cùm per vota, anima tua Christi evaserit sponsa, etiam in hoc ictu oculi, in hoc unico crine vulneras cor ejus. A secularibus, novacula acutâ vulneratur & filer? à te sibi despensato, vulnus tam leve accipit, quale à capillo infligi potest, & conqueritur! emenda sensum, & quod DEVS graviter sentit, tu leve non puta.

2. Consecratus es per vota DEO, ad hoc, ut in Religione unicè DEI gloriam quæras, illiq; servias! En hanc consecrationem consequitur dignitas conditionis tuæ, quod non alio spiritu præterquam DEI, & animari & regi debeas; nec id velim mireris. DEO ejusq; servitio dicari non poteras, nisi in abnegatione Spiritus tui, quò & quem, cùm esses secularis, spirabas; quò, DEO liberali in eos, qui sui causâ, aliquâ re se abdicant, imposuisti quandam necessitatem, ut ejus spiritu purissimo, & animaris & agaris. Age igitur, & agnosce te sic ad Divinum cultum destinatum, renuntiasse omni juri, quod habebas ad vivendum, secundum dictum imperfecti spiritus geniliq; tui; adeoq; nec te illi jam conformari posse, ad quem omne ius, illò te abdicando amisisti, nec debere; cùm

spiritus tuus antiquus, sit fons & origo omnium imperfectionum, puritatem statū tui in quo positus es, dedecentium. Agnosce item te à Spiritu DEI velut ab anima tua, moveri debere ad omnes actiones DEO dignas, tibiq; utiles ; quô agnosc, vide quām grave sit id, quod tu leve vocas, iterum secundūm antiquum genium tuum defectibus indulgere ! Grave illud naturæ vitium, quod cursum & activitatem animæ sifit impeditq; ne ab ea corpus, vitales motus percipiat & in genere moris non mediocre id puta, quod DEI Spiritui obicem ponit, ne suam salubrem activitatem motusq; in animum tuum influat. Porro defectus & imperfessiones voluntariè admissæ ac diu toleratæ, impedimenta sunt, quæ Spiritum Divinum si à te non expellunt, certè illi obsistunt, ne in te sit actius & efficax. Vide ergo, quām redire ad antiquas animi tui, quem de seculo huc commigrans abnegasti, ineptias, non debeas. Et si redis, cum quanto periculo vitæ spiritualis, adeoq; non sine gravi nota, redreas, expende, firmiterq; apud te statue vitam perfectam, & ab omnibus voluntariis defectibus depuratam, ineundam esse.

3. DEO si deliciæ sunt esse cum Filiis hominum, certè non cum aliis, præter eos, quos ad statum Religiosum vocavit Horum ille cor perfectè possidet, cōq; usq; ad suas fru-
itur

itur delicias, ad omne beneplacitum suum,
illud effingens, amantiq; suō imperiō perfe-
ctè subiectum faciens. Nec enim seculari-
um animos cordaq; ad gustum suum habet;
sive, quòd illi, pulsanti DEO cordis eorum
penetralia, aperire nolint; sive quòd ad sua-
vem illius vocem, curarum temporalium mo-
le, aures sibi obstruant; sive quòd ad alia o-
bjecta conversi, à DEO cuius gratia vocan-
tur, se avertant, nec ejus salutaribus inspira-
tionibus subjici velint. Religiosa mens, DEO
per vota consecrata, & voce ejus obsequitur,
utpote obediens; & Divinis solùm bonis con-
tentatur, velut ea, quæ paupertatem profes-
sa, caducorum bonorum felicitatem ejuravit;
& unicum DEV M in deliciis habet, cui tan-
quam Castitatis vinculô obstrictæ, omnis
fæda mundi hujus sensusq; voluptas defipit,
adeò ut Religiosum cor, regnum ac deliciæ
DEI, meritò nuncupari debeat. Ita saltē-
ordinariè esse, certus esto; sed nec illud du-
bita, quòd imperfectiones defectusq; volun-
tarii, quos in nobis fovemus, adferunt secum
impedimentum, quominus beatis hisce deliciis,
ita à se concupitis, D E V S, in corde
nostro perfectè frui possit. Perfectè hic non
deliciatur, nisi cum anima absolutè sibi gra-
ta, in qua nihil omnino suæ Divinæ inclina-
tioni contrarium reperitur, quæ perfecto ac
puro Divino amori, reponit suum, omni il-

la puritate, cujus proximè capax est, dota-
tum. At talinè puritate anima tua prædicta
est, quæ liberè imperfectionibus, ad quas
suo sensu propendet, inquinatur? Respondeatne
cum omni puritate amori Divino cor illud,
quod ad res ita viles, quales sunt defectus
imperfectionesq; quibus quotidie involveris,
& tam facilè propenderet, & tam pertinaciter
illis inhæret? Igitur tuo relinquo judicio de-
terminandum, sitnè ea quam putas in defec-
tibus imperfectionibusq; tuis levitas, quæ
delicias amantis DEI, quas in corde tuo quæ-
rit, perturbant expunguntq;. Modicamnè
dixeris illam speculi labem quæ illud ita in-
ficit, ut obiecta, ad quorum representatio-
nem factum est, non referat. Nec defectus
animi tui puta leves, quibüs sit, ut amori
pure & delicate amantis nos DEI, simili a-
more cor tuum non correspondeat.

MEDITATIO III.

*De electione statim hic & nunc faci-
enda, vita perfecta ac beata.*

Prel: 1. Statue te ante DEVUM, hinc cælum
illinc infernum tibi monstrantem; Cælum
versus, via quidem principiō aspera, sed
finem amœnum habens; è contrario infer-
num versus, via in capite suo lata, ro-
sisq; sparsa, sine tamen tristissimo coro-
nata.

Prel:

Psal: 2. Pete gratiam, ut eam viam ineas,
quā es per venturus ad terminum; in quo
tibi pro tota æternitate, bene est futu-
rum..

P V N C T V M I.

V E R I T A S.

ANte hominem vita & mors, bonum &
malum, quod placuerit ei, dabitur illi.

F R V C T V S.

1. Sicut olim cum Tobia Adolescenti in-
civitatem Ragez abeunte, solus erat Angelus;
ita tu in vasto hujus mundi campo, puta te
solum cum tuo Angelo stare: qui te juber-
sursūm erigere oculos, & illam millies be-
atam civitatem Hierusalem intueri. Hæc
est beata Sion, in qua sicut abundat omnis
felicitas, ita illinc exulat omnis miseria: ubi
felices ex D E O omnes incolunt, tanquam
omnium honorum fonte, omnem cordis sui
dulcedinem hauriunt: ubi totum erit quid-
quid voles. Vult idem Angelus, ut deor-
sūm flectas oculos, videasq; regionem illam
inferni miserabilem, in qua nullus ordo sed
sempiterminus horror inhabitat. Sic ante An-
gelum tuum constitutus, cogita rem esse in-
fallibilem, te cælum inter, infernumq; me-
dium consistere. Alterutrum te ex his ex-
spectat, ubi per totam æternitatem es man-

surus: unum quod ex his elegitis, etum-
semper erit; fallere te Scriptura non potest,
quod ante te sit bonum & malum, mors &
vita; quodq; ex his tibi placuerit, est tibi
pro semper dandum. At, quodnam ex his
duobus eligis? an breves delicias & vanum-
honorem? modicūm duraturam vitæ licen-
tiam? quam sequitur perennis cruciatus, cō-
temptus, mancipatus diaboli, extrema ege-
stas, fames & sitis perpetua! An potius ma-
vis brevem paupertatem? sensuum mortifica-
tionem? humilem vitam? quibus infallibili-
ter succedunt opes immensa, deliciae inexhau-
ste, timor & gloria nullis saculis terminan-
da! verbō, omnium bonorum ac honorum
aggregatio! Age & dic sine mora: execrō
te nunc & pro semper inferne! horreo tor-
menta tua, ac inter illa, blasphemias in D E
VM æstimabilissimum evomendas. Ad te a-
spiro o Sion cœlestis, beata cœlicolarum
Regia; tuus civis æternus esse cupio: vel-
lemq; te mihi summis quoq; cruciatibus es-
se comparatam. Sint pleni igne & non aquis,
Oceani; eos ego tranabo libens, dummodo
te portum meum, omni felicitate refertum
attingam. Sint Olympi asperitate rupium
tam acuti, uti est acuta novacula; tam præ-
alti, ut suo vertice, te cœlum mihi deside-
ratissimum contingant; reprobabo per illos non
manib; pedib;sq; tantum, sed toto me; ut

ad

ad te dilecta Patria, Sanguine Christi mihi comparata perveniam. Nec enim me latet, cùd ea transire, quæ hic affligunt: æternum durare quæ me in te solabuntur. Desidero vivere in te civitas Sancta, non ut mihi sit bene de te, sed ut in te glorificem & laudem Creatorem tuum & DEVUM meum.

2. Si ab aliena manu esset exspectanda mors, aut vita tua; nec mirarer non ingressum tuum ad vitam, nec tibi succenserem, videns te destinari ad mortem & pœnam. Sed cùm ex testimonio Spiritus Sancti, ante te sit vita & mors, illudq; tibi dandum est, quod tibi placuerit eligere; quomodo poteris allegare ingressum ad beatam æternitatem tibi difficultem? aut non ad culpam tuam referri debere, si in æternis flammis es arsurus?

3. Elige dum tempus eligendi datur. Elec^tioni tuæ, de qua tibi futurum est in summo gradu aut bene aut malè, particula ante præponitur; post vitam hanc, amplius eligendi tempus non erit, sed ibi perennandum, ubi semel ponēris.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

DEVS de se promptior ad præmiandum æternaliter, quam puniendum hominem.

F R V C T V S.

1. Medius es ô homo, cælum inter infernumq;; nec minùs tibi est reclusum cælum, quam apert⁹ infernus: si alterutrum ex illis, pro te elegeris. DEVS insuper, tua electio-ne d-terminandus, licet sit paratus sive præ-mia tibi in cælo elargiri, sive pænas in inferno dare; nihilominus à parte sua propendet magis ad te præmiandum suaq; beatitudine coronandum: quam ut assequaris, innumera tibi auxilia gratiasq; paravit, eaq; tuus Angelus nomine DEI offert. Tantamne in te DEI benevolentiam spernes & oblatamq; felicitatem rejicies? ô quam stultus es, si tantum bonum, sine quo semper miser eris, dum promodico offertur, negligis; quod dignum est, mille mortibus, ac innumerabilibus possibili-um infernotum cruciatibus, comparari.

2. Paulo, catenæ dulces, carcer suavis, opprobria honorata, innumera mortium pericula appetibilia ex hoc solūm motivo fuere, quia per hæc comparare sibi potuit titulum Servi IESV Christi. Tibi etiam offertur titulus Regis supramundani, sceptrum æternum modicā tui victoriā, humilitate, inter eos, quibus convivis, laudatā paupertate, ac tali, quæ commoditatē sustentationis tuæ non excludit, comparandum; dantur insuper cæli-tus, sufficientia auxilia, ut te vincas, humili-

ac

ac pauper vivas. Et tantum bonum tibi oblatum non acceptabis? nec ad hæc pro illo acquirendo, te refolves?

3. Mercator spe incerti lucri illectus, mari se mortisq; periculo committit, tibi certa spes gloriæ omniumq; bonorum DEI promittitur, ut vivas æternum cum DEO, nondum tibi moriendum est, quia melius suaviusq;, nam ad regulas rectæ rationis vivendum; & æternitatis lucro, toto conatu non inhias?

4. Puer nux ostenditur, & manum porrigit ut illam rapiat; ovi monstratur ramus viridis, & eum sequitur; accipitri modicum cibi carnei, exhibetur in manu, & immemor libertatis ac ferociæ, ad manum hominis advolat, teneriq; se finit. Tibi cælum cum suis infinitis bonis porrigitur, & ut illud cum violentis rapias, ne digitum quidem movebis? Confundere & ab animalibus volucribusq; disce, quam alacris esse debeas in acquisitione boni æterni, tibi à DEO oblati.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

Qui vult venire post me, abneget semet ipsum, tollat crucem suam & sequatur me. Match: 16.

F R V.

F R V C T V S.

1. Viam ad cælum, crucibūs spinisq; instratam vides? ita est: ergo pedem ab aditu Regiæ cælestis, quam elegisti, referes? absit. Addit Christus de cruce animos, aitq; hāc viâ ego tuus prævi Do ninus, tu mancipium meo Sanguine paratum, ire noles? eundum servo esset, licet asperrimo calle, quem Rex primò trivit. Sed via jam facilior nam Christi pedibus attrita, si quæ spinæ erant, ejus plantis calcatae & expunctæ, tibi securero, plus de rosa quām de spina, in via hac relictum, & sequi Christum noles? Filii hujus mundi etiam sine Duce, per calles maximè arduos, ad fortunam honoresq; morte è vicino instante finiendos, accurvunt! & si ius Gratiaæ lucisq; Religiosus IESV Socius, Christum Ducem ante se præire videns, ab aditu æternæ felicitatis honorisq; pedem retrahet, quia modicum asperitarum in via quā incedendum, vider? Cave, ne te Filio Lucis, sint prudentiores filii tenebrarum.

2. Tibiné soli post Christum hæc via, quæ ducit ad gloriam coronamq; perennem, premenda? o quot tibi prælivere, viribūs debiliores, complexione delicatiiores, nobilitate generis magis illustres, passiones plus quām tu vivaces, in se habentes? Hi superaverūt ea quæ tu times. Et tu superabis, si animum

cor-

corq; adjeceris; ut adicias, audi quid tibi jam
de suo bono lati, de tuo adhuc solliciti ē cæ-
lo loquuntur. Huc propera, ubi nos regnan-
tes vides, quām nobis sit hic bene, non a-
gnoscis? unicum momentum vitæ nostræ, pro
mille annis vitæ illius, in qua tu adhuc mor-
aris, datum esse nollemus; modicissima dul-
cedinis nostræ, quā potamur, gutta, amabi-
lior ac estimabilius est omni vestra dulcedi-
ne. Sint vestri Oceani mella; sit totus ter-
ræ globus saccarum, cælestis ambrosia gut-
tam non æquant. Sine aliqua difficultate (di-
ces) ad Regnum hoc non pervenitur? at
nunquid illa insuperabilis est? nos eam vici-
mus, tu non poteris? gloria æterna est ad
quam evocaris, cui non sunt condigne passio-
nes, licet maximæ hujus temporis, in quo
degis. Facilior tibi vincendi teipsum ac
tolerandi ardua, ratio; qui tot exempla vi-
ctoriæ patientiæq; à nobis relictæ habes. Ex-
citare in affectum, dicq; nihil mihi jam,
in gloriæ meæ assecutione futurom est diffi-
cile & I E S V ! omnia, quæ acerba dīci hic
poterant, tuo tuorumq; sanctorum exemplō
suavia facta! Passus es, & multa & gravia,
ut mihi cælum lucrareris, viamq; monstra-
res; & ego, tormenta mundi totius pati vo-
lo pro te. O amor mi! gloria mea! & cu-
rona mea! patiar non pro cælo sed pro te,
non ut tuis bonis, sed ut te amabilissimo ac

æstimabilissimo Bono meo, æternum fructus;

DIES SEPTIMA MEDITATIO I.

De Regno Christi.

Præl: 1. Constitue te ante Christum tuum, tanquam Regem universorum, in fronte illud scriptum, habentem: *Rex Regum & Dominus dominantium.*

Præl: 2. Pete gratiam, ut cognoscas, quid à te velit Rex tuus.

P V N C T V M I. V E R I T A S.

Ego autem constitutus sum Rex super sion.
Psal: 2.

F R V C T V S.

1. Christum tuum esse Regem, fides loquitur. Natus, à Regibus ut eorum Rex inquiritur; fit quæstio in Hierusalem: ubi est qui natus est Rex? In cruce moriens, Capiti inscriptum habet titulum: *IESVS Nazarenus Rex Iudeorum*, seu, (ut explicat Augustinus) verorum, & non nomine tantum sed & Spiritu, Fidelium. Tabula hujus inscriptionis multis post seculis, intra rudera, reperta; cætera licet erasa habuit vocabula, hæc tamen *IESVS Rex*, integra, (ut testatur Gretserus,) servata.

vata. Ergo non ore tantum sed & sanguine, hanc ut pote fidei veritatem testari oportet, Christum, uniuscujusq; nostrum, Regem esse. At quod illius in terra Regnum? illud certe virtutum, mansuetudinis, humilitatis, paupertatis &c. Tu illiusne subditus? hinc cognosce, si in hoc ejus vivis Regno. Non defunt tibi tituli Creationis, Redemptionis, ob quos meritò hujus Regis mancipium voceris, & sis. Ut fidelis quoq; subditi titulum merearis, cura: mereberis, si Regnum ejus, quod virtutib; velut Provinciis constat, fideliter incoleas.

2 Melioremne optare poteras Regem, quam Christum habeas? en totum se in tuum commodum utilitatemq; impendit! Sanctitas ejus, leges tibi dat Sanctas & utiles; Sapientia, omnes tuas necessitates intimè cognoscit. Bonitas, illis gratosè subvenit; Iustitia nec errori nec Personarum acceptationi obnoxia, juxta uniuscujusq; merita, premia distribuit. A longè videns Providentia, si quæ imminent pericula, à te removet. Si erras? Misericordia compatitur. Si peris? Omnipotentia juvat. Si depauperatis? Liberalitas in suis thesauris inexhausta, te ditat. O quam bonus est Rex pacificus, dicebat David! tuné illo contentaris? vide an non in regno mundi aut carnis vivas? Christiane leges an carnis mundiq; sequeris? Hoc

in seculari esset intolerabile, quid in te Religioso!

3. Quam dispar Regis tui Christi, aliorumq; Regum natura! illi imponunt subditis tributa, hic remittit debita: & si solvendum est Iustitia Divinæ, de suo Sanguine pro te solvit. Illi depauperant eos quibus imperant, ille nos paupertate sua ditavit; & licet à nobis paupertatem requirat, paupertas tamen hæc multum dives est: nihil enim proprium habentibus, omnia providet, tam eximiâ charitate, quam nunquam nos potente fallere fidelitate. An enim interrogant: quid vobis sine pera & sacculo in regnum meum missis, defuit? non respondebimus cum Apostolis & audacter & veraciter. Nihil. Ad extremum, Reges mundi, in regendo subditos suos, exerrant, quia multa ignorant, vel quia passionibûs perturbantur, moventuré ad agendum, malitiâ. Rex noster in nobis gubernandis errare non potest; utpote qui est ipsa Sapientia, Bonitas, Iustitia, Sanctitas, nec leges fert nisi suaves & dulces, & ad quarum observantiam suô exemplô prætit. Regit nos, non ut à nobis, ipsi serviatur semper, sed ut aliquando unâ secum ad solium nos evehat, sibiq; æternum corregnare faciat. Et tamen, quam mundi Regibus, (licet Bonitate, Sapientia, Dignitate, à Christo Rege infinitè distantibus) non exhibent servitu-

vitutem & reverentiam, eorum subditi? tibi tanto tamq; Bono Regi famulari, videtur grave? eum revereri constanter, creditur intolerabile? confundere & emendare,

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

Confidite, ego vici mundum. Joan: 16.

F R V C T V S.

1. Christus Rex licet pacificus sit, bella tamen spirat; rebellem mundum, & sub dia-boli jugo gementem, sibi subjugare cogitat. Te in Societatem armorum vocat. Communis hostis tam tibi, quam ejus gloria no-xius, mundus, caro, dæmon, vincendus est. Ibisne sub signa Regis tui te invitahtis? ne eas, quid prætendes? virium armorum de-fectum? ea in auxiliis gratiisq; tibi suppeditat. Penuriam alimentorum? tibi ipse & cibis & mensa factus. Imperitiam contra prædictos hostes, bellandi? at non desunt præcepta, ipsiusq; Regis viva exempla, qui-bus instruaris. Incertus belli eventus? at certam pollicetur victoriam. Stipendiis negatio aut parcitas? an non sufficiens stipen-dium, Regni æterni, pro quo bellatur, hereditaria possessio. Vitæ periculum? sed peri-re non potes, cui bellatu-ro; certus promittitur triumphus. Sed esset illud sancte Rex

hic optimus, primus illud subit & in se frangit. Ergo si à signis hujus Regis te removes, nec ratio & eterna nec politica id probar. Quam enim tibi damnosum, si cum illo non bellas! in vita eaq; æterna periclitaris. Ergo offer te Regi tuo; quod quoq; videris euntem, sis eam alacriter fortiterq; secuturus, sive eundum sit in vitam sive in mortem.

2. Rex tuus non solùm exemplò tibi prædit ad bellum, sed vires addit; & si quæ difficultas, eam suavitate gratiæ suæ attemperat longè felicius quam Venceslaus, sanctitate & Sceptro Bohemicò clarus: qui Podivinum Aulicum suum, nudis pedibüs, se nudipendem per nives densas insequentem, à frigore rigescere videns, hortatus est, ut premeret vestigia quæ ipse castis pedibüs prius impresserat, ab illis fomentum viresq; contra frigus sumpturus. Tuus quoq; Rex per sua vestigia te incedere jubet, & si quæ in ejus militia arduitas occurret, sic eam superabis. Expressit hanc in vestigiis Christi efficaciam Hugo, dum protulit: *Christi viam sanctam conversationis, quam præcurrendo nobis monstravit, inestimabili suavitate respersit.* Ergone his vestigiis insistens, belli contra mundum carnemq; suscepiti, incommoda aut pati noles, aut dices: ea, te sufferre non posse? excusationem hanc non obtendes; audi Cyprianum: *Dominus nobis quidquid docuit, fecit; ut discipulus excusat*

epe

eſſe non poffit, ſi ſervus pati nolit, quod prius paſoſus fit Dominus.

3. Scipionis Africani, Ducis famoſiſſimi nomen, universos ferè Nobiles Romanos ad Iua caſtra excivit, adeo ut Senatus veritus, ne vacua relinqueretur Italia, publico edicto caverit, ne quis ſub signis illius Romā non approbante, militiae nomen daret. Tu vero glorioſiſſi no Christi Nomini, hanc ignomini- am iuures, quod cum ejus dicaris Socius, illies tamen caſtra ſequi nolis? quæ ut ſequaris, omni lege compelleris? Illa compulſus, ſi fugis, facis, ut plus habeat gloria, no- men unius Africani, quam Christi.

4. Philippus II. Rex Hispaniæ, reduces ex Belgio milites interrogavit: quam mercedem exoptarent, quod pro ſuo Regno, ſub Ale- xandro Parmensi militaverint? audivitq; u- nanime reſponſum: nullam aliam, niſi ut li- ceat iterum militare ſub Alexander. *Strada Dec: 9.* Tibi non tantum, ſub Christo mili- tare conceditur; ſed in ſtipendio, quantum- quantum eſt Regnum cæleſte offertur: & bel- lare detrectabis? cave iterum committas, ut plus nominis in mundo habeat Alexander, quam Christus.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

Vixi Ninivite ſurgent in Iudicio cum generati-

F R V C T V S.

1. Sardanapalus Ninivitarum Rex, auditō per sonam, Vrbis exterminio, surrexit de Solio suo, abjecit vestimentū suū, indutus est saccō, & sedēt in cīnere. Cur id? responder Ambrosius L: 2. in c: 4. Ionaz: ut tota civitas jejunaret, famem sibi prius Rex indixit. Fecit, & quod voluit effectit. Vestiti sunt saccis à maiore usq; ad minorem, plenamq; terroribūs egerunt pœnitentiam. Prosequitur idem Doctor: unu Sardanapaluſ tantum exemplo potuit! & Christus apud te minus poterit? videns illum extremā paupertate, mirādā Crucis humilitate ac mortificatione, contra mundi divitias, carnis voluptates, honorū vanitatem decerare; tu in rerum abundantia, commoditatibus, honoribus, laude, in omnibus & ab omnibus quaesitā, vivere voles? ô probrum! permittere ut à Sardanapolo in ratione exempli dati vincatur Christus! plusq; valeat factum Regis voluptatibus infamis, apud civitatem scelestam, quam Domini IESV apud Religiosum, eumq; IESV Socium.

2. Sola h̄c cogitatio, dicebat S. Teressia: quod in Societate IESV militemus, deberet nobis facere lātitiam animosq; addere, iisdem armis seu virtutibus contra hostem bellan-

landis nam fallere non potest Spiritus S. qui Ecclesiast: 23. dixit: gloria magna est sequi Dominum. & nihil dulcius, quam respicere in mandatis ejus. Nobis, excidii, aeterniq; à Beatorum Regno exilii fit comminatio, nisi sisdem armis debellamus mundum, quibus Christus debellavit, & id facere renouimus? Ninivitæ, ne civitate temporali exciderent; fecuti sunt audacter, sui Regis exemplum, nos ne ab aeterna illa civitate excludamur, id facere nolemus, quod Christum fecisse nostri causâ, credimus?

3o Nemo Ninivitarum, horruit cilicium, cineres, jejunia, vigilias; eò quod viderent in his omnibus suum Regem. Tu contemni horrebit; & Christus dicit: ego tecum in contemptu. Crucem fugies? dum Christus loquitur: ego tecum in Cruce. Paupertatem, vigilias, defatigationem &c. merues? dum Christus testatur: ego tecum in Paupertate, vigiliis, defatigatione. Hac voce: *ego tecum;* animavit D E V S imbellem Moysen contra Pharaonem; Gedeonem hominem villanum contra Madianitas; Iosue belli inexpertem, contra Philistæos. Hæc duo vocabula, *ego tecum;* pro lorica, pro galea illis suêre. Et tuus Christus arrestatur non verbis sed factis, in hoc bello contra mundum, carnem, dæmonem, se tecum, exemplô, adjutorio, solatio, præmiô futurum. Nonnæ te ad glorio-

sam hanc pugnam animabit? Age, da Christo manus, dic cum Bernarda: sequemur Domine te, per te, ad te; quia tu es Via, Veritas & Vita. via in exemplo, Veritas in promisso, Vita in premio.

MEDITATIO II.

De Imitatione Vitæ Christi.

Præludia eadem.

P V N C T V M I.

U E R I T A S.

Surge, propera amita mea, & veni. Cant: 2.

F R V C T V S.

1. Quām suavis est Spiritus Domini I E S V, à cuius terrena societate evocaveris ad cælestem, illius ipsius voce; sed non aliter ad illam perventurus, nisi viâ perfectionis. Dulcedinem hujus Spiritus hinc agnosce: non solum juberis tendere ad perfectionem pariter ac ad gloriam; sed etiam duceris ab illo ipso: qui enim te venire ad se jubet, tibi præivit. Putabis ē difficile, sequi & audi Bernard: Serm: 58. in Cant: Non parum conservat quod audit, Veni, & non, vade; per hoc intelligens sponsa, se non tam morti, quām duci & secum pariter sponsum ēſe venturum; quid enim difficile sibi illo comite reputet?

2. Mi-

2. Minusné in te animi erit miles Christi
ac Socie IESV, quam in una S. Virgencula
Rezzonica? Hæc, ut viam crucis, quā itur ad
cælum, suavem sibi redderet, totum vitæ ac
viæ suæ iter, quō ad ultimum pergitur ter-
minum, cruentis Christi vestigiis notavit;
putabatq; se nullibi castum pedem figere pos-
se, ubi spina, quæ Christum in vita hac pu-
pigerat non appareret, Sanguine ejus aspersa.
Nulla siquidem pœna, cruciatus, cōtemptusq;
fuit; quo Christi Humanitas, cùm inter nos
viveret, non exerceretur. *In Vita sanctæ et 6.*
Hac illa consideratione, se afflictam, contem-
ptam, duris exercitam, non ad gustus obse-
quium alitam, solabatur; hæc, omne amarum
dulcorabat. Tibiné vita Religionis aspera,
sensuiq; contraria, gravis videbitur? ne vi-
deatur, en ad mensam, felliſ à Christo præ-
gustati reliquias! ad cubiculi, lecti, vescitūs
incommoda, duram Christi Crucem, in qua
morirurus quievit, apertum cælum idq; ſæpe
pluvium ſub quo mansit, oravit, laboravit! En
ad tuos labores, de ſe gloriosos, ab aliis ta-
men non estimatos, Christi facta sanctissima,
admiranda; & tamen ab aliis exploſa, cen-
ſurata! ad tua officia non secundūm propor-
tionem talentorum collata, ecce Christi ſum-
mè talentati, contemperatus, poſtpositiones,
crucemq; in præmium tot meritorum datam!
Aſpice Doctorem tuum, & quidquid a te bi-
occurrerit, fortiter ſuſtine. L 4 3. Si

3. Si Christus sola voce monstrasset viam ad Cælum, ab illa verò via quæ ducit ad interitum, fuisset dehortatus; quantum esset obligatus, tum huic, perfectionis tuæ Magistro; tum ad id exequendū quod, ille ore suο dīvino te docuisset! at factis te docuit non verbis: nihilq; tam acerbum præcipit, quod ipse primò non impleverit; gesit se ut aquilam, quæ ad volandum pullos instruens, ipsa prævoiat, totumq; quod ab illis fieri optat, facit; unde illi aptandum: *Sicut Aquila provocans pullos suos ad volandum, & super eos volitans expandit alas suas.* Quām ergo ingratus es, nī eum sequeris? quam meritas luctus pœnas, nī tanto exemplo insistis!

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

Praedestinavit conformes fieri Imaginū Filii sub.
Rom: 8.

F R V C T V S.

1. Non solum invitaris ad imitationem IESV Christi, sed etiam à Patre Æterno cogeris & quidem sub pœna exclusionis à cælo & hereditate Bonorum DEI; nec enim prædestinaris, nisi conformis imaginis Filii DEI evadas. Huc reflexit oculos S. P. Ignatius; ex hoc motivo, ita studuit exprimere in se similitudinem Christi; ut dicit illo passim,

dice-

diceretur: Videre Ignatium, est idem quod legere librum de imitatione Christi, à Thoma Kempensi scriptum. Sic, ex dicto supra scripturæ principio, apud se animatus, alios animabat ad Filii DEI imitationem, illud insinuans: sic fecit Christus, ita Christus pāsus, sic faciendo honoreamus & imitamur Christum. Et alibi, utile non minus sibi quam nobis, proculit apophthegma: Si mihi dux proponerentur viae, quæ ducerent ad calum, una plena deliciis, honoribus; altera periculis ignominis, contemptibus: potius illam dolorum viam eligarem, idq; propter imitationem IESV Christi. Te quomodo cura salutis aut hujus imitationis premit? Tantum huic imitationi stude, quantum curas aut curare debes, ut salvus fias.

2. D. Q̄um est: omnis Christi actio, est nostra institutio. Tu vide, an non sit tui iusta reprehensio. Ille statim ac natus est, duram de Circumcisione, quā nec indigebat, nec ligabatur, lēdebat autem & in fama & in corpore, implevit legem. Tu leges Christi suaves, tibi perficiendo per quam utiles, quam exactè observas? forte nec in iis implendis exactus es, sine quibus salvari nequis! Obedientia crescentis IESV erga inferiores, pueros siquidem homines, MARIAM & JOSEPHUM, in rebus vilibus, puta, dominus ministerio, exhibita, quanta? Evangelistæ vitam ejus ab anno 32. ad 30. his terminis solūm complexi: eras subdissus illi. Tu directionis indigus, à

sanc*tioribus*, sapientioribus quām ipse sis, gubernatus; quām libenter eorum imperia, etiam circa objecta honoratiora accipis? Vita illius per annos 18. mysteriis plena, digna ut in spectaculum toti mundo exhiberetur, nisi tamen Nazarethanæ domūs angulo tecta: tu dum nihil aut parum gloriofi facis, ex facto estimari aut forte laudari cupis? Lux mundi tantō tempore latuit sub modio; thesaurus tam pretiosus, absconditur! gemma, cui nulla, pretiō par, suo conchili inclusa: tu in officiis, cathedris honoraris, velut in candelabro lucere, ab omnibus talenta tua appretiari voles? Vitam in atrumnis laboribusq; ductam, quō fine Christus coronavit illū crucis, quæ gentibus visa fuit stultitia Iudeis scandalum. Vide quām contentus esse debeas, si tuis meritis laboribusq; pro præmio, crux reponatur! si tua gesta de se gloria, pro scandalo aut stulto, facta habeantur? Ita Christus inter homines ambulavit, ita & te Socium ejus ambulare oportet. Tibi apud Isaiam c: 30. dictum puta: *Hac est via* (puta vestigis Christi trita) *ambulate in ea & non declinetu, neq; ad dexteram neq; ad finistram.* An non declinayeris? expende; ne declines, statue.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

*R*escribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem anima mea. Psal: 34.

FRV-

F R V C T V S.

1. Redditur pro bonis, quæ a Christo nostro, sine intermissione accipimus, eidem malum, non solum positivè, dum offenditur, legesq; ejus sanctæ violentur; sed etiam negativè, dum exempla & doctrina ejus, suo fructu evacuat: seu quando nec exempla ejus imitamur, nec doctrinam sequimur, facimusq; respectu nostri iterum Christi doctrinam, ac relictam nobis vivendi normam. Si, non juxta exempla doctrinamq; Christi vivere, est ipsi pro bono malum reponere? quid erit, vivere & agere, contra exempla ejusq; sancta documenta r & tamen vide, an non sis ex iis, de quibus Ioannes: c: 3. lux, venit in mundum, & ailexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Clarius adhuc Paulus: 2. ad Tim: 3. volupratum amatores magis, quam DEI!

2. Clamat de monte Christus, mundumq; edocet octo illis. Beatitudinibus, tanquam principiis & fundamentis salutis: de Cruce magis loquitur exemplis quam verbis. At quo mundi tuique prefectus unus eit Antonius, qui auditio ex Evangelio: si vni perfectus esse, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus; statim id quod audivit executus. Unus legitur Franciscus ad illa verba: non possideatus quicquam, nec aurum, nec argentum, nec duas tunicas; statim se Evangelicæ huic paupertati,

ex toto perfectissimè consecrassè. Vnus refertur Serapion, ad illa verba: *qui non renuntiat omnibus quæ possideret, non potest meus esse discipulus;* se propriâ tanicâ, quam unam habebat, pauperiq; dederat, spoliasset; qui & ab amicis interrogatus: quisnam latro cum spoliaverit? ostendit librum Evangelii, quem ad eorū portabat, dicens: hic prædo est, qui unicâ quam habebam veste, me ut videtis, deprædatus est. Apud cœteros, Iusti hujus, (seu Salvatoris) deridetur simplicitas. Etiamne apud te, qui ex toto pauper, castus, obediens vivere teneris, cuius status exigit humilitatem, appetitum ignominiarum, contemptum, abnegationem omnis voluptatis &c. vis esse ex pusillo illo grege, cui *complacuit Patri Eterno dare Regnum?* sis ex illis paucis, qui Christi exempla ut viderunt, fecuti sunt; doctrinamq; statim ac audiérunt, implere curārunt.

3. Ridetur noctua, quod, prima, gratum canenti lusciniæ, semper arrigat aurem; nunquam tamen suaves illius modulos imitetur; ubi vero sol exortus fuerit, cantu neglecto avolat, tenebras investigat. Tu vide ne sicearis; qui vix non singulis horis, Christum, in sacris lectionibus, inspirationibus tibi loquenter audis: nec forte vitam huic doctrinæ conformas. Sed fugiens veritatis lucem, tenebras quaeris; in schola Christi seu Reli-

gione, mundi tenebroſi principia obſcura, ad
æternas inferni tenebras damnata, ſequeris.
Ah, noli ſequi, ſed potius die Chriſto: ſe-
quar te, non pedum ſed affectuum imitatio-
niſq; gressibūs, quocunq; ieris. *Verba vte æ-
terna habes, quod à te ibimus? qui à vita recedit,*
accedit ad mortem?

D I E I S E P T I M A E

Hora Considerationis

P R O P O S I T I O.

DEfectus naturā ſuā parvi, in Persona DEO
coſecrata ſunt graves, id quod oſtenditur
ex parte noſtra.

1. Cum Religioſa vocatiōne, injecta tibi o-
bligatio tendendi ad Perfectionem; & ſicut
à vero Religioſo, Religioſitatē ſeparate po-
ſibile non eſt, ita nec hanc obligationem, quā
obſtricti ſumus, magis & magis nos perficien-
di. DEVS quippe vocans ille eſt, quem Pro-
pheta vidit habentem in manu trullam ce-
mentarii: Nos vocati, ſumus ædificium, non
niſi altissimā perfectione, ſic DEO volente,
coronandum. An non ita? vide: Domus
nondum factæ altitudo, conjicitur ex funda-
mentis. Quātam quisq; vult & diſponit
ſuperimponere molem ædificii, quātū erit
majus ædificium, tantò altius fodit fundamen-
tū; ait Auguſtinus. Noſtri ædificii ſpiritualis
fun-

fundamentum an non satis profundum, quod secundum Paulum est Christus IESVS, seu ejus profunda Humilitas, miranda Paupertas, ceteraq; virtutes, quib; juxta eundem Paulum coaptamur, & coedificamur? Ex tam profundō fundamento in quo positi sumus, cogitandum est, quā in altum Perfectionis apicem excrescere debeamus. Certum est: quodd sicut fundamento nostrō nihil profundius, ita & apice perfectionis nihil sublimius esse debet. At & illud indubium, defectus quos leves putamus pugnare adversū tam augustam ædificii spiritualis molem, in mente DEI delineatam. Pugnare inquam, vel quia opus jam inchoatum disjiciunt, vel ne crescat, retardant. Hæ siquidem imperfectiones sunt laquei, quibus anima nostra irritatur, & in volatu suo, quem, in DEVUM semper liberum habere desiderat, impeditur. Sunt pondera, quæ lancem cordis affectuumq; nostrorum, etiam versus ascendere voluntum, deorsum inclinant ac deprimunt. Est illa infelix glacies, quā homo velut rivulus, in DEVUM tanquam suum mare toto imperit se convolvens, stringitur, & in cursu tenetur. Sunt illi deplorandi vigiles, qui tot despontatas Christo animas, extra muros Religionis ejecere, fœdo affecere vulnere, pretioso illo pallio, ex purpura sanguinis Christi concesso, eis dempto, gratiam intelligo meritis Chri-

Christi compararam. Dic qui hæc cogitas, imperfectiones, aut actiones sensui caras, qui bus te obnoxium facis, esse leves! dicam ego; quām graves sunt, quæ ne eò tendas, quæ tendere obligaris, te impediunt, in cursu sittūt imò retrò faciunt redire!

2o Ne te judicium tuum decipiatur, frequenter secundum carnem, & non secundum spiritum judicans, ac de hisce etiam, de quibus nobis res est, imperfectionibus; consule conscientiam tuam, & quomodo illa de his judicet, dum se DEO conformare vult, vide. Dum extra perfectionis limites, vitæ sensui magis quām rationi conformi portaris, ac ineptius imperfectionibusq; indulges, nonnē subitò à conscientia redargueris? His insistens, an illud improperium ejus non audis? indignum esse, animum ad summa vocatum in rebus tam vilibus, quām infimis occupari. Nonnē ejusdem conscientiæ ducetu advertis, DEV M animæ tuæ Sponsum, ab illa, propter has modicas ineptias elongari? & quod majus est, vires studiumq; orandi ac salutariter gemendi, duos videlicet modos investigandi Sponsum, qui præterit, in te imminui, si non perire? nonnē tibi eadem conscientia suggerit, illam exprobrantis DEI indignationem: abi post vestigia gregum, vel ut volunt alii post tuæ desideria ac imperfectiones; quā sentire te facit,

facit, quod illius delicatus in te ambo, stup-
portare nulla ratione potuerit, eam quam
in te videt ad creaturas conversionem ita
imperfecto vivendi modō factam? Sed quod
pejus est, an non conscientia teste, quia
sic deficis, subtractiones gratiarum pateris;
tuisq; miserabilibus viribus te relinqu vi-
des? An non ideo in operibus salutis, o-
bi te ignem experientur, algere te agno-
scis? An non ideo tibi ad te ipsum oc-
clusus aditus, ut in cor mentemq; redire
facile non possis? o immanc exilium, quo
quis à seipso exulat! Abi jam & leve pu-
ta, imperfectionibus ac defectibus succum-
bere! Effectus tam tristes, id, perquam
grave esse probant; quos inter tristissimus
ille, quia sic deficientes, DEVS graviter la-
bi permittit; vel quod cordis amorisq; no-
strri Zelotes, tales à se defectiones, lapsu-
um graviorum permissione vindicet; vel ut
illa horrorem talium defectuum animo no-
stro incutiat. Apprehende & time.

3. S. Petrus dicit: Iudicium à Domo Dñi
esse inchoandum, hoc est à Personis Pie-
tate & Religione insignibus, quas DEVS
urpote sibi suoq; servitio consecratas pro Do-
mesticis suis habet. Et Sophonias, Babyl-
one præterita, Hierusalem Civitatem Sa-
cram, in quā velut Domo sua, DEVS ha-
bitabat specialiūs, in lucernis scrutandam
esse

esse afferuit. Ita est, nos domestici DEI, DEO per vota dedicat, gratiis specialibus insigniti, nos inquam sumus illi, qui primi severitatē Divini Iudicij experiemur, & malō nostrō probabimus, illud non omnino leve fuisse, quod ut tale putabamus. Hoc illud iudicium est, quo non patentes solum, & primo suo intentu malae actiones discutientur, sed magis abditæ, illæ, quæ gravitatem sua specie non præferunt, leves & videntur & dicuntur, ad vindicem flammam expendentur & judicabuntur Mensura gravitatis hujus ipsius Iudicij est mensura amoris Divini, gratiæ, luminisq; nobis communicati: cui enim plus datum, plus requiriatur ab eo; ô quantis gratiis à D E O præventi sumus? quantum tamen D E I hauiimus, dicet cuilibet conscientia! At eadem ex præmissis concludat, nos, si à via perfecta defecimus, nonnisi gravissimè judicandos, sic inquam iudicandos, non ob defectus solum graviores, quorum notitia, lucernā non indiget, cùm per seipsum pateat, sed ob illos quoq;, quos minutos appellamus, tanquam leves in nobis toleramus, quorum gravitas ut pateat, lucernā opus est. Et patebit in morte, ubi probabimus, hoc nonnisi atrocissimis purgatorii flammis puniendum, quod pro modico aestimavimus.

Repeto dictum: à sua Domo incipiet D E V S iudicium, hoc est à Religiosis, corumq;

imperfectionibus. Nam peccata graviora, quis de ilis cogitet? Ergo defectus quos putas parvos, in te non parvi sed graves sunt. A majoribus & principalioribus negotiis ordinatur homines: & hi defectus alicujus gravitatis & ponderis esse debent, à quibus DEVS suum judicium incipiet. Imprime quod dicitur, bene cordi tuo, & defectus ne levem animæ tuæ maculam dixeris, quam sic gravem esse probatum, ab eaq; Spiritu tuum, hac Recollectione depura.

MEDITATIO III.

De duobus Vexillis.

Prel: 1. Constitue te in campo latissimo, medium, Christum inter Luciferumq; , homines ad sua signa vocantes.

Prel: 2. Pete gratiam cognoscendi fraudes dæmonis, ut eas evitare possis.

P V N C T V M I.

V E R I T A S.

DE ore ejus (puta dæmonis) lampades procedunt sicut rada ignis accensa, de naribus ejus prodit fumus, sicut olla succensa atque ferventia, balitus ejus prunas ardere facit, Job: 41.

F R V C T V S.

I. Arridet tibi dæmon, faciem pulchram
emen-

ementitur, & fidis, te ad sua signa vocant; credis mendacii patris ne decipere, facies hæc adulatrix, fætitia est: sub imagine blanda, occultat tyrannidem. Audi Cyprianum: Ep: 2. ad Donati irridet ut saviat, blanditur ut occidat; arridentis nequitia facies quidem læta, sed blandientium malorum virus est occultum. Corrige ergo oculum, & cum lob, ita prout meretur vidari dæmon, eum intuere, fumum vanitatis, flammarum concupiscentiæ, æternóq; igne, quo plenus est, tyrannidem spirantem. Prudentis est, res non ex superficie æstimare, sed penitus introspicere; at quomodo eas hactenus æstimasti? itané in vita tua fuisti circumspectus, ut huic suaviter blandienti inimico manus non dederis? Vide, & si quid corrigendum, emenda.

2. At offert bona sensui grata, vita huic utilia? Æ miserabile bonum nimis exile & breve, quod sequitur æternum tormentum! laqueum pedibus times? hæc mundi bona, quibus te dæmon ad se pellicit, laquei sunt, animiq; infidiae, quibus capiatur in interitum. Crede Antonio videnti tot casse, dæmonum fraude disjectas, quot bona sunt hujus mundi, sensui & carni grata. Crede magis Ecclesiastico c: 9. In medio laqueorum ingredieris. Quod sic explicat Augustinus: Ecce ante pedes retendit laqueos infinitos; equis effugiet; laqueos posuit in divitiis, laqueos in conversationibus, la-

gneos in voluptatibus, in conviviis. Et. O quād
durūm, casses has evitare, coniectas p̄rte-
xtu boni ō verē apparentis, talis tamen, quod
vi suā rapit mortales ! compatere tot milli-
bus hominum deceptis ; ne & tu decipiaris
vide : si deceptus fuisti, dole.

3. Repete memoria illud Mahometis Im-
peratoris factum ; hic euidam Græco Duci,
ob Constantinopolim traditam, fidemq; in-
Christum ejuratam, honores ac filiam in-
sponsam promiserat; at gratiosum promissum,
fine funesto coronavit. Cum enim Dux il-
le, fidem sibi datam à Tyranno exposceret,
pellem carni illius vivæ detrahere iussit in-
quiens : non bene tibi adhuc nobiscum con-
venit ; pellis enim tua aquis baptismalibūs
tincta, non te sinit verum esse Mahometanum;
ut hic sis, nuptiisq; Filia mea pareris, pel-
lem deponere debes. Dixit : & non pro-
missum sed tyrannidem est executus. Par-
ter dæmon suis missariis agit, spes pulchras
tristibūs eventibūs coronat ; aut nunquam
præstat quod promisit ; aut datum , citò au-
ferit, æternō tormentō substitutō, juxta illud.
Job: 21. ducunt in bonū dies suos (puta illi, qui
dæmonis militiæ nomen dederunt) & in pus-
ilio ad inferna descendunt. Et tamen ō quād
multos sequaces deceptor hic habet ! An-
etiam te aliquando non habuit? ne habeat,
cura.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

*Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati essum,
& ego reficiam vos. Matt: 11.*

F R V C T D S.

1. Ad radicem Hierosolymæ, felicissimæ Beatorum Patriæ consistens Christus loco humili, nam humilitatis amator est, vultu specioso, ad modestiam compositissimo (quō loquitur; omnes modestiā & spirituali lētitiā pulchritudineq; præditos esse debere, qui illum sequuntur;) invitat omnes, pro æternitatis beatæ lucro laborantes, & te quoq; inter illos; quietem & solatium sui causâ fatigatis pollicitus. At quale vexillum, sub quo quies, solatium, vera cordis suavitas, ac refectio consistunt? Crux illa, quam manibus Dux noster tenet? imò adversitatis hoc signum est. Ita est: brevem adversitatem denotat, sed quam sequitur æterna felicitas, *in cruce enim est salus nostra & vita, gaudium spiritus, & spes æterna beatitudinū*, ut loquitur Thomas Kempensis.

2. Militibus suis, duram quidem ad specimen, Dux Noster dat Legem sed plenam solatiō spirituali, Estq; illa, Matt: 16. si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Quis tamen hanc

legem primâ sionte difficultem horreat, cùm
prætō adit̄ Ducis gratia, quæ ad facilem-
eius observationem juvat? Quàm bene S. Leo
Serm: 16. de Pass: justè nobis instat præceptō, qui
præcurrit auxiliō. Invitat quidem D. IESVS
ad amorem paupertatis voluntariæ, sed præ-
stat vires, ut illa dulcis sit & amata, militi-
bus eius. Gertè S. Ludovicus ex Rege Ne-
apolitano, pauper S. Francisci Religiosus, au-
det proloqui, sibi dulcior esse frustum panis
eleemosynā conquisiti, præ deliciis Regalis
mensæ. Exhortatur adhuc sequi se volentes,
ut omni voluptate brutâ sibi iterdicāt; sed fra-
gilem carnem, ad talem victoram sic suō au-
xiliō adjuyat, ut Augustinus dicere audeat:
voluptates, quas amittere metu fuerat, jam dimitte-
re gaudium erat. Persuadet contemptum ho-
norum? sed cordibus, eorum quondam cu-
pidis, confert tale robur, ut multi cum Eli-
sabetha Hungariæ Regina, in gloria majore
habeant, si videant se à suis cognatis conte-
mni, à minoribus & subditis vilipendi, à vi-
lissimis quoq; calcarii; quàm dum se videbant
ab aliis in folio adorari. Vult non sine in-
genti labore ac sudoribus, quæramus cum
Apostolis animarum salutem? Sed labores
hos tali suavitate attemperat, ut clamet nos-
ter Xaverius: satis est Domine, satis est. Et
quidem hæc Spiritus solatia, correspondent
mensuræ dolorum laborumq; Christi causâ
tole-

toleratorum. Vnde David: secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo, consolaciones tuae latificaverunt animam meam. O quam bonum est se qui Christum, ac sub ipso militare! qui si breves immittit ad veritates; æternæ solatiæ illas præmit, viresq; addit, ut in his quoq; asperis licet objecsis, suavitatis quædam sentiatur! Vide quam nihil sub Christo horrere debeas. Si quid horrebas, de pusillanimitate tua confundere,

PUNCTVM III.

VERITAS.

*N*olumus hunc regnare super nos. Iudæorum vox Luci 19.

FRUCTVS.

1. Iudæi semel aut bis clamârunt contra IESVM coram Præside: nolumus hunc regnare super nos. Tu vide an factis tuis non sæpius reclamaveris, eligendo potius tyrannidem dæmonis, ob apparenſ vitæ tuæ commodum, quam sub Christi signis militiam. Si ita fuīt? unde tibi fundamentum, exæquandi imd præferendi dæmonem, mundum, aut carnem, Christo?

2. Vide quid egeris, dum dæmonem, carnem, mundum, Christo, prætulisti? dedisti causam ut dæmon tam tibi quam Christo, in cuius judicio stabis, sic illu*lat* prout sibi i-

maginatus est non ex vano Cyprianus: Ego
(inquit dæmonis) pro illis quos mecum vides,
flagellâ non accèpi, ego gratiâ illorum spi-
ritus, crucem, mortem, non pertuli, ego nec
Regnū cœlestis illis promisi; quid causæ, quid
mihī potius adh̄erent, quām tibi? quid mea
mecum pat̄ velint tormenta, quām à te co-
ronari? Quis tunc tibi dolor futurus, dum
hæc audies? quis modò eslet cordi Christi,
(hoc jam prævidentis, tēq; multum aman-
tis,) si posset dolere? Patierisne Christo
hanc ignominiam, tibi verò dolorem infer-
ri? Ejura dæmonis signa, Christoq; fortiter
adhære.

3. Quid ageres, si adstares tunc, quando
Christus S. Brigittam alloquebatur. *l. 1. Rev.
et. 1.* Nunc ex toto neglectus sum, & tan-
quam Rex à proprio Regno expulsus, in cu-
jus loco pessimus latro electus est, quid ma-
li feci? Dices haud dubiè: Si te alii negli-
gunt ô mi I E S V, ego negligere nolo; Te
Salvatorem, non dæmonem latronem, pro-
Duce vitæ meæ eligo; scio me tuam redem-
ptionem esse, æternamq; hæreditatem pas-
sione tua mihi comparatam credo; nihil cau-
se habeo, cur potius inimico meo & tuo,
quām tibi servire velim; nihil me tam af-
fligit, quām dum video & meam tibi tam
dilectam animam, aliquando periisse. & ad-
huc allorum, perire, Dicam in posterum

Car-

Carni & mundo, à tua Cruce me retrahenti,
quod tu dixisti Petro, Crucem tibi diffudenti;
vade retro post me satana. Christus ante
me cum Cruce, quidquid Christum non sa-
pit, retro post me sit; qui me à Christo re-
trahit, Satanas mihi est. Hoc tunc dices:
hoc dic mōdō; & fac ut dicis.

DIES OCTAVA M E D I T A T I O I.

De Passione Christi.

Präl: 1. Statue te coram Crucifixo Christo,
inter vulnera & dolores acerbissimos ago-
nizante, qui te sic alloquitur: *O homo, vi-
tia que pro te patior, non est dolor sicut quo cru-
cior, & tamen tu illo mihi es intolerabilior, quia
te sic ingratum experior.*

Präl: 2. Pete gratiam ut percipias dolorem
Christi in passione sua pro te toleratum,
ut illi compati, ac eum imitari possis.

P V N C T V M . I. V E R I T A S.

Quidquid patitur homo ex defectu rerum
temporalium, minus est respectu Chri-
sti, amore nostro in passione sua depau-
rati.

FRVCTVS.

1. Ita est. Nemo sic rerum penuriā labo-
ravit, atq; Christus. Etiam pauperissimus non-
dum ita rerum omnium solatiis privatur, ut
non habeat saltem modicum paleæ, in qua
ægrum debileq; corpus reponat; pauxillum-
aqua, quâ exstuantem febris lingua refri-
geret; fragmen panni aut telæ, quâ nudita-
tem suam cooperiat. Si languet, aderit exi-
guia licet, aliqua tamen languori instaurando
refectio. Si moritur? moritur cum jure ad
pugillum terræ, in qua sepeliatur. Christus,
Dominus omnium, nec lectum habet, quod,
corpus suum concussum, doloribus exhaustum,
vulneribus repletum reponat. Crux ingens
tormentum morientis, fuit etiam cubile qui-
escentiss; ut dicere posset Patri suo: stravisti
lectum meum in infirmitatibus meis. Atrox
spina, caput, quod confoderat, in morte ve-
luti cervical receperat; ô quam verè dicere
potuit: Filius hominis non habet ubi caput
recinet. Siti restinguendæ, quæ post tan-
tum sanguinis diluvium tormentaq; supera-
ta, debuit esse ardentissima, deerat etiam
modicum frigidæ: morituro ac languenti
Corpori, hoc pro lenimento offerebatur, quod
justè poni debet in majore tormento, fel scilicet
& acetum. Exangve Corpus, nec Syndonem suam, quâ involvatur habet, nec terræ

cubitum in qua sepulturæ mandetur: nudus in aëre pendere debuerat, nisi aliena misericordia, linteamina & lepuichrum, mortuo providisset. Miraris hanc Christi morientis amore tui paupertatem? quid prodest, si non etiam imitaris? Ergo ut imiteris, allabora, defectus, quos in infirmitate experieris, tolera; maiores adhuc opta, si vis Christo commori. Solatia infirmitati tuae si deerunt, extrema Christi agonizantis egitas, sit tibi propingenti solatio.

2. Paulus dicit: summam paupertatem esse illius, qui habens quod cooperiatur & alatur, hoc contentus est. Audi illum ad pauperes Christi loquentem: *Habentes alimenta, quibus vescamur, & operimentum quo tegamur, his contenti simus.* En Christus in morte sua, summae hujus paupertatis limites transgressus; insiti sua ac debilitate extrema, omni eo, quo reficeretur, caruit: indumentis Virgineam manu factis, sibiq; ita caris, ut ea secum crescere voluerit, spoliari se permisit, nudus in Crucce appensus mortuusq;. Cur? ultra limites paupertatis progreditur ille; ut tu saltem intra limites ejus tenearis. At itanè est? præstò tibi sunt, quæ te in fame alant, in frigore contegant, & illis fortè non contentaris, sed plura delicatoria, magis gulae vanitatiq; quam necessitati servitura expetis. Quid faceres, si etiam necessariis privareris? At priuari

vari his Christus voluit; ut à te amore meo superflorum resecaret. O utinam exemplum suum ea refecet! dicereq; incipias: o Domine universorum, quām forti paupertate, contra meam cupiditatem conflixisti! o utinam illum in me vincat extrema egestas tua, efficiatq; ut non tantum modicis vilibusq; pro amore tui contentus fiam; sed etsi hæc ipsa aliquando deerunt, eorum carentiā gaudeam.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

Nemo hominum in derelictione oblivione neq; sui, etiam ut putat maxima, comparandus cum Christo, in morte ab omnibus derelicto ac obliuioni tradito, ita ut dicere posset: *oblivioni traditus sum tanquam mortuus a cordis*

F R V C T V S.

I. Conquereris te in respectibus humanis non esse? sit ita, quod ab aliquibus negligaris; à pluribus tamen amanter respiceris. Christus despactus, neglectus ab omnibus, in passione; de illo prædictum: *nec afficiat me misus hominū.* At essem sane omnium obliuione sepultus; hac tui negligentia, cum Christo moriente comparari non potes. Facta tua contemptu potius & obliuione, quām memoria & admiratione digna sunt: Christi Sæcetas ea est, quæ parem sibi non habet; gesta,

Ita, & terræ & cæli admiratione digna: & ecce in morte ab omnibus negligitur, facta illius, nemo digna laude aut præmio dicit; omnes mortem crucemq; parant; a suis sequacibus desertus, ab Antistitibus dignus morte judicatus, à populo explosus, à Præside in Crucem damnatus, sola Mater Dolorosissima ipsius sanctitatis, factorum ac dignitatis memor, cælo illum vellet reponere, & non terreno solum solio. Sed optare hoc tantum potuit non præstare. Vnum fecit: quia præsens patienti Filio, suo dolore illius dolores auxit. Itaq; si negligeris, Christum negligetum ab omnibus, cogita; nec te dignum memoria reputabis, siq; id circa te fiet, libenter feres.

2. Eò, hæc Christi ab omnibus despectio erat gravior, quò illius Sanctitas fuit olim major agnita, factaq; ejus, magis conspicua. Quām intolerabile sit in magna omnium estimatione modò fuisse, & repente in omnium oblivione haberi, ab universis despici! ex te mensura, cui intolerabile videtur, si antecedenter tibi factos plausus, si benevolentiam ab omnibus exhibitam, in sequentes contemptus, ac nulla prorsus tui grata recordatio excipiat. Hoc factum pro te Filio DEI, qui paulò antè vocabatur ad triumphos & palmas, mox ductus ad Crucem. Præivit ipse, tu sequi poteris, imò ut sequaris deside-

ra; sicq; aliorum affectus, applausus, laudes accipe; ut paratus sis illorum oblivionem, reprehensiones pati libenter; dicq; salvatori: Ó gloria lausq; cæli, quanta tuī obligeatione contemptuq; contra meam immoderatam laudis gloriæq; appetentiam certâsti! prævivi-
sti mihi in contemptu gloriæ, humanorumq; respectuum, exemplō; fac ut te comiter & tam sim immemor mei, quam memor tui; non aspiciam purum hominem ultrà, sed a-
spiciam te Hominem DEVVM; à quo si despe-
ctus fuisset in Passione, æternūm perire de-
bueram.

P V N C T V M . III. V E R I T A S.

Nemo pli in honore ac fama patitur, quam
passus Christus in morte.

F R D C T V S.

1. Dicis honorem tuum à multis proscin-
dit? bene dicis à multis, nec enim ab omni-
bus proscinditur, siquidem adhuc à nonnullis
æstimatur. Christus ab omnibus, exceptâ
ejus Matre Sanctissima, illatam honori suo
injuriam accepit; ab uno enim discipulorum
traditus, & venditus vilissimè; ab aliis omni-
bus derelictus; ab eo, cui summum in Eccle-
sia honorem contulit, negatus; ab omnibus
reus mortis judicatus, ad patibulum postula-
tus,

tus, ac in eo, latrones inter, ut latronum
pessimus appensus! en vulnerato honori tuo,
si quod vulnus ab aliquo accipit, tantum à
Cruce Christi, ipsoq; Christo remedium!

2. Pateris in honore, quod de te dicantur
aliqua? at dicuntur multa vera, aliqua si ve-
non sunt, saltē respectu tui non impossibi-
lia. Christus, in fama passus ea, quæ re-
spectu suæ Personæ Sanctissimæ, quia Divi-
næ, chymerica erant. Laudator enim exi-
mius, accusatus tanquam blasphemus; DĒVS
pacis & faciens utraq; unum, hoc est pacem
inter se DEVM, & hominem, proclamatus
ut seditiosus. DĒVS Homo, vocatus Homo
Diabolus seu dæmonium habens. Iustitiae
virtutumq; amator & auctor, appellatus Pu-
blicanus eorumq; fautor, potator vini, ma-
lorumq; advocatus &c. Et hæc respectu sui
impossibilia, sibi objecta, siluit, nec injuriā
sibi fieri protulit. Tu si in veris accusaris,
non taces, excusationes cum injuria famæ
delatoris, frequenter justi & debiti, adfers;
sufferre te non posse hunc dishonorem, quem
meritus es, dicis. Erubesc, & pati in ho-
nore cum Christo, disce.

3. Verbis dishonorarisi, te ipsâ nihil con-
tra te agitur, imò ministeria honorata in Re-
ligione habes; & tamen dicis te in honore
multū pati! Aspice Christum non verbis
tantum sed facto ipso inhonoratum; Barab-

bx postpositum; alapis percussum; flagellis tanquam pessimum inter latroes confixum in corde, velut eò dignus non esset, etiam post mortem vulneratum. Vide: quid in Societate IESV Crucifixi & Patientis, (talis enim ejus Societas est in terris) desiderare & exspectare debeas? infamaris verbis? exspecta tantisper ut infameris & factis! hocq; desidera, si vis assimilari Christo, sic in fama pro te passo.

P V N C T V M IV. VERITAS.

Christus in corpore patiens, omnium tormenta superavit.

F R V C T V S.

1. Dicis, corpus tibi doloribus patientis fovendisq; facilè datum; at quæ vis dolorum tuorum? an non ea, quæ virib; naturalib; & præter miraculum, suppor-tari ac superari potest? Deificati corporis, in Passione tantus dolor fuit; ut nisi miraculum accessisset, mori læpius ante crucem debuisset. Et tamen tantum patiens, salutis tua negotium, quod inchoavit, non dimisit; sed ad ultimum terminum, illudq; Consumatum est, dolorib; plenum, est prosecutus! Te, maior dilectitas, à Divino opere distingui; & ne in salute tua DEI q; glo-

gloria promovenda pergas, illâ (velut obice interposito, amnis in suo cursu consistit) susteris. Memor sis quæso Pauli dicentis: *virtus in infirmitate perficitur.* Infirmitas tua, siccos, non obex virtutum: etiam lectus est patentissimus campus, in quo se exporrigit latè virtus hominis: uti, conjunctio cum DEO, indifferentia ad vitam & mortem, suiq; perfecta ad DEI voluntatem resignatio, insignis omnium incommodo dictatum victrix patientia, &c. Instrue animum, his pro infirmitate remediis, & Spiritus, eò erit in DEV M promptior, ferventiorq;, quò caro debilior.

2. Ægrum corpus habes? at non omni omnino sui parte. Si caput languet, pes adhuc est vegetus; si stomachus dolet, oculus est sanus. Corpori Deificato pro te patienti, à planta pedis usq; ad verticem capitatis non est sanitas; pati in omnibus membris partibusq;, etiam internis voluit, ut te suum membrum sanaret, sibiq; Capiti perfectè adunaret. En omnibus membris tuis, infirmitate aliquando afficiendis, in Christi vulnera collyrium, in suo dolore solatium! Si infirmitas tibi parcit, suppleat mortificatio: afflige singula membra tua speciali mortificatione ob amorem Christi, toto Corpore pro te passi: nec in tua carne patiare tales partem, quæ pati mortificariq; ex gratitudine in DEV M, pro te mortuum, nolit. Advolve-

te pedibus Crucifixi & dic: o Anima Sal-
vatoris mei, Corpori doloribus ac vulne-
ribus pleno, velut mari rubro immersa, tot
mortuum assultibus imperita, potuisti tunc
de ne objecto ingratitudinis, & causâ mor-
tis dolorumq; tuorum, amoroſe cogita-
re, & ita beneficè circa me versari, pro me
ſpargendo ſanguinem, Tuisq; opprobriis, do-
loribus, mihi gloriam mercando; ac si nul-
lum aliud tuæ complacenciacæ contemplatio-
niſq; pro tunc fuſſet objectum? Ita omni-
no fecisti! quam ſum ingratuſ, Si inter tua
beneficia, amplexus, oſcula, oblivifcor tui;
qui memori mei fueras inter dolores, vulnera,
opprobria, ipſosq; mille mortuum assultus?
His excitatus dico o utiham efficacius quam
olim Petrus: Etiamſi ne oportuerit teum mori,
non te negabo. Dolores, afflictiones, mors i-
pſa, excitamenta mea erunt ad amandum te
& conſitendum Nominis Sancto Tuo.

MEDITATIO II.

De Amore DEI erga nos.

Pral: 1. Imaginare DEVUM velut mare bono-
rum, ex quo munifica dona velut ex Oce-
ano flumina egrediuntur; ac omnibus qui-
dem creaturis, maxime tamen creaturæ ra-
tionali communicantur.

Prl: 2. Pete gratiam agnoscendi hunc Amorem
DEI erga te; ac ut eum redamare possis.

P V N C T V M . I.

V E R I T A S.

Filioli non amemus verbo & lingua, sed opere &
veritate. S. Ioah: in Ep:

F R V C T V S.

1. Amor non in verbis sed in rebus consistit; ut bene velis illi quem dicis te amare, & praestes ei id bonum si potes, quod te ipsi velle testaris. Patet ex Ioannis propositione, sed magis ex Christi assertori qui dicit me, mandata mea servabis. Et: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in Regnum Caelorum (quod amantibus DEVM paratur) sed qui facit voluntatem Patrum meorum. Itanè est, amorem factis probari exhiberiq; si ita res habet, inser quantum à DEO ameris, quid enim in bonis tuis naturalibus habes, quod non à DEO in te munifico acceperis? Esse ac conservari tuum, quod est quasi creari continuatum; talenta, vires & dona sunt DEI munifici largitoris. Sicut enim ex ratione creatorum extrahi non possunt, ita nec ex abalietate sua, sive quod sint ab alio, scilicet DEO. In rebus supernaturalibus, quod ad salutem indiges, quod ab illo abunde non habeas? excidiisti à fine tuo ultimo per pec-

catum; salvari ex præsenti Providentia non
 poteras, nisi esset qui pro te condigne fatis-
 faceret Iustitiae Divinae! egisti tali Media-
 tore? en tibi datus Mediator DEI & Homi-
 num Christus IESVS. Sic quippe DEVS di-
 lexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret!
 Felix esse non poteras, nisi DEVUM videndo
 prout est in se? ecce dat se tibi in posses-
 sionem præmiumq; meritorum tuorum: *Ego*
ero merces tua magna nimis. Meteri visionem,
 possessionemq; Dei non potes, nisi sis gra-
 tum subjectum DEo, & per aliquid comprin-
 cipium supernaturale ad operandum meriti-
 riæ, eleveris? en tibi cum baptismo confert
 Gratiam Sanctificantem, quæ facit gratum;
 tantumq; cumulum gratiarum, iam excitan-
 tium, iam concitantium, quibus ad me-
 ritum excitatis & juvaris. Pro lapsu fragi-
 lis naturæ, indiges rem diô, ut in pristinum
 Gratia gratum restituaris, aptusq; DEO vi-
 dendo fias? En præstò sunt in remedium Sa-
 cramenta, præsertim sacramentum pœnitен-
 tiaz, quod charitati conjunctum, ac in voto
 suscepimus, te justificat tunc, dum re ipsa su-
 scipi non potest. Ecce in DEO. exhibicio
 tanti operis, probatio est erga te dilectionis;
 tu, quomodo te amantem DEI, probas? a-
 moris auro assimilati, lydius lapis, non lin-
 gua est, sed opera; quæ consule ac ex illis
 infer;

2. Turpe est mentiri Religiosum. Irreligiosum autem, ad quæsumus; an DEVM ames? responderet: non amo. Ne ergo ad interrogationem hanc, vel mendacem, vel à Religiositate alienum te exhibeas, non verbo tantum sed etiam opere, in quo consistit vera dilectio, DEVM dilige. Omnes vires actionesq; tuas, amori DEI consignas; ac die statim affectu S. Patris: suscipe Domine universam libertatem meam. accipe memoriam. Sic demum in veritate amabis DEVM.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

BENEFACERE alteri, est eum amare; sed est amare magis, si per te ipsum tuasq; manus illi benefacias.

F R V C T V S.

I, Aestimatur Principis beneficium, per alios alicui, ex affectu & in bonum ipsius collatum; at aestimatur magis, si conferatur per ipsas manus Principis. Et si forte aliqui praeter ipsum Principem concurrunt, ad ejus beneficii collationem; concurrunt tamen non aliter, nisi quoad hoc per ipsum Principem immediate adjuti. Talem DEVS modum in te amando tenet. Præsens est, in te velut suo vivo templo habitans, teq; bonis ad vitam æquè temporalem ac æternam necessaria;

riis cumulans. Dicit te donis supernatura-
libus, per manus proprias in animam tuam
tanquam thesaurum Divinitatis suæ illatis.
Temporalia, licet ab aliis quoq; creaturis,
tanquam à servis DEI accipias, ut lumen à
sole, calorem ab igne, respirationem ab aere
alimenta à terra & Beneficiorum munificen-
tia: hæc tamen omnia ut tibi beneficè ser-
viant, à DEO quoad hoc conservantur, ad-
juvantur. Vide eximium in te DEI amo-
rem, & concipe meliorem in te Bonitatis il-
lius estimationem.

2. Tibi quidem beneficium esse in DEVUM
est impossibile; cum nihil possis conferre in
utilitatem ejus; nec enim bonis nostris in-
diget, quæ illius p iùs sunt quam nostra. At
potes & debes esse in ipsum benevolus, vo-
lendo & conando ut gloriam suam extrinsec-
cam cæteraq; exteriora sua bona per te ha-
beat, ut videlicet non solum à te, sed aliis
cognoscatur, colatur, ametur. Non diffiter-
or te esse in DEVUM sic benevolum, ut hæc
bona DEI per alios procurari velis, & si pro-
curentur gauderas: at facisne hoc per te ipsum
libenter? forte non. Velles fieri conciones
zelozas, spirituales, catechismos exquisitos,
Confessionum auditores, peccatorum ad pœ-
nitentiam inductiones; verum te ipsum for-
gè huic labori, in parte subtrahis. Ne te quo-
ad hæc omnia subtrahas, propone, DEI q; bo-
na

na per teipsum promove. Opta, ut tuā curā omnes cognoscant DEVM amentq;; quia verò creaturas irrationales h[oc]us cognitionis amorisq; DEI scis esse incapaces, tu hunc eorum defectum supple, proq; ipsis DEVM æstima, lauda, ama. Sic demum dignè redamabis, te summè amantem.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

D E V S nos summè amat, quia sine respe-
ctu ad se, suamq; utilitatem.

F R V C T V S.

I. Ingens amoris Divini erga te probatio,
quia tibi præsenter ac per suā manus bene-
facit. Hæc adhuc major est: quod te suis
bonis cùmulet sine ullo respectu ad se suamq;
utilitatem. Quid enim de te sic amato,
bonisq; Divinis replete accedit DEO, qui si-
cū ab æterno fuit ante te, ita fuit seipso
beatus, bonaq; sua perfectissimè possidens;
amat te, solum ut de suo amore tibi sit be-
ne, teq; de suis bonis faciat sibi combeatum.
Excita te in illum, de se quidem non, affecti-
vè tamen & quoad te efficacem affectum.
O D E I amor erga me excessive! fac ut pa-
riter redamem te. Amo te ô D E V S, omni-
aq; ex eo amore facere volo, quod desidero
ut tuo gustui sit bene, priyando me omni-

bono meo, gratiaq; & gloria, si ea posset a-
mantibus te denegari. Cupio ut omnis mo-
tus mentis, cordis, corporisq; mei, omne
opus meum, sit index amoris mei, quo fe-
ror in te propter te, sine me.

2. At forte D E V S, tanti amoris in te,
habuit illicium ex te? sed nupquid tibi non
potest accommodari id, quod de Iacobo di-
ctum: *Antequam nati essent, Iacob dilexi?* qui
amabaris antequam essem; quomodo tanto a-
mori dare illicium poteras & totum ex DEO
est, quod ameris, ex te forte non parum,
cur ab illo amari non debeas? Examina con-
scientiam tuam; ô quot obices Amori Di-
vino positos, repries! amabaris tamen affe-
ctivè à DEO, etiam tunc cùm odio dignus
essem; & parabar is coronæ ac gratiæ; quem
propria scelera parabant inferno & perenni
DEI inimicitiae. Confundere, & si causam
ad amandum te, DEO dare non potes, sal-
tem hon pone obicem; quin cor Divinum,
velut gratiarum mare in te preciosis suis gem-
mis exundet.

3. Parœmia vulgaris est: *Munera furantur
corda eorum, qui ea recipiunt.* Tot de mani-
bus DEI, te diligentis recipisti bona; habentne
hæ manus beneficæ cor tuum? diminuta cre-
aturatum bona, affectus tuos perfectè possi-
dent! & Auctor fonsq; omnium bonorum
perennis, D E V S, tuum cor habere non pos-
test!

test! dedit omnem substantiam suam pro tuo corde, de se quidem vili, sed eō, quod illius aestimatione, gemma censetur pretiosa; nec tota substantia solum amorem tuum ac cor, mercator hic cœlestis comparare potest. Non spira, si amorem DEI non spiras. Sis excors, si non es vir secundum cor DEI, si non das DEO cor tuum.

D I E I O C T A V A**Hora Considerationis****P R O P O S I T I O.**

Multa motiva & prementia habet homo, mut propolis resolutionibusq; suis, ad vietandos defectus conceptis, inhibitat

I. Aeterni amoris Divini obiectum es tu homo Religio! amari supra modum a summo illo & unico Bono capisti, at quando? tum, dum DEVIS capitur esse DEVIS. At quod DEI principium? nulum: sicut absq; fine, ita & absq; principio est. Igitur ab aeterno amaris, amariq; caprus & antequam esse inciperes. Cum autem amoris sit velle bonum amato, amator tui DEVIS, in aeternitate cum tibi gratiarum preparavit cumulum, quem confert in tempore. Hinc est cur dicat per Prophetam: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans tui. Porro felicia haec vincula, & aurei dilectionis Divinæ funiculi,

quos ab æterno, pro te in tempore attrahendo texuit DEVS, non sola sunt lumina gratiæ; sed etiam illæ animi tui resolutiones ac proposita, mediane favore ac auxilio Divino facta, ad evitandas etiam imperfectiones deliberatas, & non solum peccata. Ab æterno igitur de his propositis fortibusq; resolutionibus, à te modo factis à DEO cogitatum. Tuné hoc æternitatis opus facile destrues? animumq; quem vitandis minoribus etiam defectibus, ac debitæ tuo statui perfectioni acquirendæ, hoc octiduo adiusti, in diversa mutabis? absit. Præstat virtus, quam punctum eus boni quod pro te à DEO tota æternitate cogitatum, prævisumq; est, perdere. Ruat potius inmundus, quandoq; tuus animus ad virtutem & perfectionem omni studio querendam obfirmatus corruat. Mundi pretium, unius animæ valorem non adæquat; at nec ipsa quidquam valet anima, si sanctas illas & fortes ad virtutem prosequendam, cavendosq; defectus resolutiones, illi ademisti. Quâmo infeix foret Teressia, ni suis propositis resolutionibusq; fortibus quibus constituérat vitiolâ quædam cavere, institisset, vita ejusdem Sanctæ edocet. Ordinem Divinæ dispositionis, circa salutem alicujus factum pervertere, est in salute periclitari: de hoc ordine sunt illæ resolutiones, quibus te ad cavendos defectus obfirmasti.

sti. Caye ab illis discedas, nisi in periculo æternæ cæli iacturæ te constitutum vallis. Tantum periculum est, à sanctis propositis desciscere! & tamen, quam tibi illi fecisse familiare fuerat, cogita, vide ne post momentis apud te percant, quæ æternitatem non tantum in præmio, sed in suo existere valent. Æterno quippe amor debes, quod illa aliquando in tempore feceris.

2. Porridge mente ad montem Olivarum, ubi Christus Sanguinem sudavit, ad columnam, quam diluvium Sanguinis Deificati perfudit; ad prætorium, in quo idem Christus illusus, spinis compunctus, ad Crucem, in qua suspensus animam inter dolores quibus hic mundus noster pares non vidit, egit. Et cogita, te in omnibus his & singulis cruciatis Christi menti obversatum fuisse. Non dum eras, & amabilissimi Salvatoris madentes sanguine oculos, in te intentos habebas, Viderat jam te olim de Cruce, ac magnis preciosissimi sanguinis impensis, hereditatem, ad illamq; obtinendā efficacissima media parabat; non secūs ac Mater nondum nato Filio pannos, incunabula, nutricem, hereditatemq; parat. Et licet objectum amoris in morte DEO, tota fuit creatura rationalis, sic tamen de omnibus cogitavit tunc amanter; ut de te in particulari cogitaverit, omnesq; suos gemitus, dolores, cruciatus, tibi tuoq;

emo-

emolumento fecerit speciales, solem imitato,
qui cum omnibus luceat, sic totum se tibi
communicat, ac si tibi lucere videretur. In-
de est, quod Paulus sibi in particulari, mor-
tem meritaq; Christi applicet: Dilexit me
& tradidit semetipsum propter me. Ita est,
de te etiam in particulari a Christo in mor-
te ejus cogitatum, tibi specialiter, ejus meri-
ta Sanguisq; applicata sunt, ut tanto pretio a-
moreq; singulari, salus tua æterna, ac primùm
hæc in vita perfectio pararetur. Inter cæte-
ra perfectionis media, tuæ illæ resolutiones
ac proposita, ad vitandos defectus, hoc ostenduo
facta, crudoris Divini impensis sunt compa-
ta. Sancta hæc ac obfirmata cavendorum
defectuum voluntas, non tuæ animæ in ma-
lum proclivis, soboles est, sed potius passio-
nem Salvatoris pro Matre, Crucem pro cunis,
Sanguinem Christi pro lacte, quo nutriretur
creiceretq; habuit. O quantum tibi resolu-
tiones dictæ debent esse appretiatæ, quæ pre-
gium sanguinis ac vitæ DEI Hominis valent!
quantum & gratæ pro quibus DEO Incar-
nato mori placuit! Tunè ab illis facilè re-
silies, pro quarum acquisitione Christus in
laboribus, tormentis, Cruce, ad mortem
usq; duravit! Cave id vili pendas, quod vi-
tam Sanguinemq; DEI, valet. Dic potius
Salvatori: ô Deus, ô mi Redemptor! tu
pro hisc meis resolutionibus propositisq;

in bonum animæ meæ obtinendis, mori voluisti; da quæso illam mihi gratiam, ut potius mori eligam, quam vel minime de animo vitam i defectus non dico amittam, sed etiam remitteram.

3. Si statuſ ille innocentia, ac paradisi incolatus conservatus hucusq; fuisset, quanta putares in estimatione esset, ac quantæ diligentia custodiretur illa vita arbor, cuius fructus eo fine crescebant, ut fatiscenti jam præ ætate longæva corpori, & vigorem adolescentia, & robur virilis ætatis darent. Hanc si paradiſi incola perdidisset, amisisset vim & immortalitatem. Tua de visitandis levioribus quoq; defectibus proposita, resolutionesq; intra currens octiduum factæ, & sunt & dici debent arbor illa vitalis. Audi Ioannem: Qui vicerit (explicant nonnulli; qui in suis propositis constas fuerit, in quibus inconstatem esse est vinci) dabo illi edere de Ligno Vita. Hæc arbor ab æterno è Divino corde in tui amorem summe inclinato pullulavit, in tempore & forte modò primùm in medio cordis tui tanquam paradisi, manu ipsius DEI plantata ac situata est, Sanguine insuper Christi copiose inspersa, quo efficacius salutariusq; in robur ac vigorem animi tui fructificet. Vide qua diligentia conatoq; tibi utendum, ne arborem hanc tam tibi

uti-

utilem, aut Eurus vanior exagitet, aut Zephyrus delicatior commoveat, aut Aquilo inconstans subvertat. Quid juvat plantam hanc salcis in te positam aliquando fuisse, nisi conservetur? servari vis hujus plantæ fructibus in vita spirituali ac ad vitam æternam? tu eam omni studio dum vivis temporaliter, conserva. Cave ne tua ariditate siccetur & inutilis fiat quæ copioso Sanguinis Divini profluvio ideo maduit, ut fructus in te spirituales pareret. Poma hujus plantæ magis pretiosa sunt quam aurea; tollertia itaq; & excubiis indigent ut serventur. Draco si pro pomis Hesperidum vigilavit, tu nì ipse pro hisce vigiles, ne ea tibi cum vita æterna draco infernalis surripiat, time. Itaq; revolve memoria facta à te proposita, fortesq; illas ad vitandas in particulari defectus, resolutiones, obfirmare de novo in illis animum, relecta occasiones, quibus ad antiquum imperfecte vivendi modum aut flecti aut omnino pertrahiri possis. Illamne Sanctam ac integrè vivendi voluntatem, DEO per proposita oblatam iterum de manu Divina tollere, cave hanc inconstitiam infidelitatemq; committas; potius id renova, quod proposuisti; utq; in proposito hoc tibi constes, ben dictiōnem à DEO Sanctisq; iudicibus implora;

MEDITATIO III.

De Amore cultuq; Beatisimae exhibendo.

Prel: 1. Cogita Dominum IESVM in finu Virginis matris depositum, tibi id dicere, quod olim è Cruce dixerat. *Ecce Mater tua.* Ad quæ verba, Virgo Preciosissimam, te in Filium recipit, ac pallio suo cum aliis è tua Societate coniectum, cordi admoveat.

Prel: 2. Age gratias Domino IESV, quod Matrem suam tibi in Matrem dederit, cui supplica; ut tibi suggerat modum, Matrem hanc suam & tuam colendi amandiq;.

P V N C T V M I.

V E R I T A S.

Preciosissima DEI Parente, nihil post DEVUM dignius, nihil melius.

F R V C T V S.

1. Si Dignitati & Excellentiae simpliciter acceptæ, debetur honor & cultus simpliciter; Dignitati & Excellentiae majori, debetur honor cultusq; major. Atque juxta Patres nihil excellentius digniusq; Virgine, solusq; Opifex, hoc suum opus excedit. Ergo quo cultu, quanto honore prosequi debeas, Matrem Preciosissimam collige. At quan-

quantum illam hactenus coluisti? expende.

2. Virgine nihil excellentius esse post DEVUM digniusq; discis ex Patribus. Insuper & ratio tibi ostendit: quia quod magis aliquid DEO accedit illiq; conjungitur; eò plus habet de excellentia & dignitate. Nihil autem tam vicinum DEO, quam Mater ejus naturalis. Ex quo principio Anselmus intulit: quidquid post DEVUM majus est, hac Virgine minus est. Ergo hinc collige, quanto te tuus IESVS facit, dum ad hoc, ut se pro tua Mātre gerat, & ut talis à te vocetur, se demittit.

3. Bono debetur amor; Ergo Majori Bonitati, majorem appreciativè saltē, amorem deberi certum. Quid autem post DEVUM, MARIA melius? mensura Bonitatis moralis in pūra Creatura existentis, est Gratia sanctificans, ita ut quod plus gratiae in aliquo subiecto reperitur; eò pli in eo sit & de bonitate morali ac perfectione. At in quo subiecto pūre creato reperitur plus Gratiae præ MARIA? certe ex omnium Patrum sensu, in nūllo. Enuntiant illi audacter; aliis per partes, MARIAE totam se contulit Gratiæ plenitudo. Nec sine ratione, quod enim rivulus est fonti suo vicior, eò & purior; ac aqua in illo dulcior: Crystallus solidi propinquior, plus de radiis ac lumine hauhit; & homo igni è vicino applicatus, ma-

his calet. Virgine, utpote Matre Filii DEI Auctoris & Fontis Gratiarum, nihil eidem vicinius esse potest, cum quo & immum consanguinitatis gradum, sua Maternitas fundat. Ergo & nihil plus præ illa continere, Gratia ac Bonitatis credi debet. Ex toto hoc discursu infer: MARIA post DEVUM sicut nihil meius esse, ita nec a te amabilius. At quomodo illam hactenus amasti? agnosces aut nullum, aut satis remissum in te respectu illius amorrem; si eor tuum bene examinas. Confundere de amoris hujus remissione; quem & augere apud te stude. Non es corde dignus, si tantæ bonitati, quanta est in Virgine, non afficeris! Sapientia DEI infinita, nescit opus in excellentia amabilitateq; majus ponere Matre DEI; & tua æstimatio ac cor, in ejus æstimabilitate, amabilitate, sciet limites assignare? Virgo, ex eo, quod est Mater DEI, habet dignitatem quandam infinitam, ut ajunt Patres; ergo fines in te non debet pati, ejus amabilitas æstimabilitasq;.

P V N C T V M II.

V E R I T A S.

Nihil ita hominis refert, quam Primam post DEVUM colere MARIAM, illiq; affici-

FRUCTVS.

1. Si omni alia (quod absit) devotione
destituereris, hanc tamen quam affici Preli filii
Matri debes, cave amittas. Si S. Ger-
mano creditur, hic dicit neminem salvandum, ni-
si mediatus AR A Sanctissima, nem nem ten-
tationibus periculisq; salutis eximendum,
nisi cura & studio hujus Virginis Turissimæ,
nulli peccatori dona supernaturalia, gratiam
restituendam, nisi per manus Dominae hujus
gratiosissimæ. *Omnia quippe DEVS secundum*
Bernardum *nos volunt habere per MARIA M:*
hocq; Filius volui honorare Matrem, quod
illi in manus dedidit me itorum Sanguinisq;
sui dispensationem. Quare audet proloqui
Anselmus: impossibile est, ut qui ex animo
hanc Virginem colit, aliquando pereat. His
Patrum principis instructus, cōcipe affectum
ingentem in Matrem Preciosissimam, in ejusq;
manus, te ac omnia consigna. Sed si in ejus
cura vive et desideras, ac sub ejus auxiliis
DEI gloriae in Societate militare, mundumq;
triumphare, fac id, quod in conversione sua
fecisse legisti S. Patrem tuum. Ante aram
hujus Virginis, appende arma illa secularia,
quibus mundo olim, contra DEI honorem
militasti; puta: vivas illas passiones iræ, con-
cupiscentiæ &c. gloriae ambitum &c. in
quorum locum, de manu illius, arma salutis
acci-

accipe. Sume ab Humili humilitatem, à s. m-
per intacta puritatem, à i. auperrima paoper-
tatem, à Dulcissima mansuetudinem. Hi q;
virtutibus Virgineis, velut armis, appetum
gloriarum, voluptatem carnis, mentis fructuam,
debella.

2. Infans, si in sinu Matris suæ est, quid
timet? nihil. Gonte nit terriculam. nta
præsentia, ridet pericula futura, malis præte-
ritus in quæ inciderat insultat, nec memoria
eorum affligitur. Si aliquid amari, ex obor-
tis antecedenter lacrymis residuum est; to-
tum id dulcedine materni lactis diluit. Et
te in gremio Matris hujus tua devo^tione de-
positum quid affligat aut terreat? ardeat
velut Aethna suis concupiscentiis caro; nive-
us intactæ Virginis sinus, hosce ardores tem-
perabit. Ferox velut unicornis insurgat
passio; ad sinum hujus Virginis mansuiscet.
In hoc mundi Oceano, si aliquando ad be-
atae æternitatis portum, contingat exerrare;
Virginis velut stellæ polaris indicio, ad li-
neam de qua deviatum est, redibitur. Mundus,
caro, dæmon, sua in te vibret tela;
MARIÆ, velut ægis, felicissimè retinetur.
Age, sinus Virginis, devotione semper tene;
& inter adverba tristissimaq; hujus viæ,
suaviter æquè ac securè quiesces. Mille se-
ptingentis secu is illa suo fortî brachio, ad
se accurrentes sustinet, & ex periculis eru-

ū; tibi uni illud denegabit? ne dubitas: sicut MARIÆ, Matriisq; DEI, ita Matri Misericordiae nomen non amisit. Recurre ad eam fiducialiter, & experieris auxilium.

P V N C T V M III.

V E R I T A S.

Vis servire Filio meo usq; ad defatigationem? ingredere Societatem IESV. Sic, Bo V: allocuta est nostrum Nunnium.

F R V C T U S.

1. Quantum ad devotionem verbalem attinet, non dubito, in te eam erga Virginem Preiosissimam florere. Jam illam cum Sancto patre tuo vocas MARIAM à corde; jam affectu teneriore, Matrem tuam dicas cum Beato Stanislao; jam vocabulo magis serio, eam nominas Dominam cum Sancto Xaverio, & si quid tibi adversi ingruit, vocibus praedicti Divi inclamas: Dominus optulare! jam imaginatione magis augusta, illam tuam tuq; Regni compellas est Reginam cum Iulio Mancinello. Devotione hæc, sicut laudabilis est; ita sola non placet Virgini Sanctissimæ. Realem poscit, vult ut servias Filio ejus usq; ad defatigationem in Societate IESV. Vnum ex his jam fecisti, ingressus es IESV Societatem vivis in ea, utinam tam respectu DEI laudabili-

ter, quam respectu tui proximorumq; fru-
ctuosè. Sed alterum potestne tibi, consci-
entiae tuæ testimonio attribui? servisne ad
dëfatigationem Filio Virginis? Vide, si Relig-
io pro te, quietis locus non sit, & non
laboris? Labora IESV & MARIÆ hono-
ri; si in sinu Matris hujus æternum quie-
scere cupis. Laborabis, si ea omnia serio
facies, quæ à te exposita exposceretq; Religio
tua.

2. Ingredi Societatem IESV, in eaq; vi-
vere & servire Domino IESV ad defatiga-
tionem, ad convertentiam in Dialectica Ma-
riana dicuntur. Ergo si nondum cum de-
fatigatione laborasti, serio ea faciendo, ad
quæ applicabat te Religio, ingressus Societa-
tem animo juxta MARIAM non es, nec in
ea vixisti; licet vixeris ingressusq; fueris
corpo, quod ad salutem nihil juvata.

3. Æstima Religionem hanc, ad quam
Mater boni Consilii, Kostkam, Aloysium,
Nuunium, tot alios ac te, licet non sensibili-
lier vocavit. Certum salutis medium ea
esse debet, quæ à Matre salutis, pro medio,
per quod ad vitam æternam, securè obti-
nendam pergatur, proponitur. Ama vel ex
hoc titulo MARIAM, quia ejus ope, ut non
vanè arbitrari licet, in Religione hac pos-
itus es, in qua qui moritur, tot Sanctorum
testimonio per Revelationes privatas ob-


tentō, moritur p̄destinatus ad coronam.
 Fraudibus sive carnis sive d̄monis. egrē-
 sum suggerentibus repone; p̄z illis p̄fe-
 rendum esse M A R I Æ consilium, quo
 vivunt, quicunq; in hac Religione vi-
 vunt. Conclude oationem illâ
 p̄fatiunculâ: Sub tuum p̄f-
 fidium.


Ad M. D. G.




Z. KARLOVSKY
 SEMINARIUM
 SAVIENSICHOV

•
eg
3b
2
1
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100









00034302

